Diſt. ♃ & Aldeb.	11 20
♃ & Hum. ſeq. Orionis	17 35
Diſt. ♂ & Hum. ſeq. Orionis	17 10½
Diſt. ♂ & Aldeb.	12 30

Hinc de tempore ☌ ratiocinatio fieri poterit.

Facta motuum proportione die 19 Auguſti ♂ & ♃ circiter 12 minut. ad viſum diſtabant.

De tempore ſtationis ♂ anno 97 in Nouembri.

NOUEMBRIS DIE 3.

♂ diſtabat		
ab auſtrali capite ♊	7	15
a Procyone	19	21

DIE 6 NOU. (die videlicet ☉).

♂ diſtabat			
ab eodem cap. auſt. ♊	7	10	exacte
a Procyone	19	25	
Diſt. ♃ & ♂	28	52	

7 NOUEMB. (die ☾).

♂ diſtabat			
ab eodem cap. auſtr.	7	10	exacte
a Procyone	19	29	
♃ & ♂ diſtabant	28	58	

17 NOU. hora 6 matut.

♂ & caput Merid. ♊ diſtabant	7	45
♂ & Procyon	20	25

De tempore ingreßus ♄ in 0 ♎ anno 97.

Anno 97 23 Octobris die ☉ mane diſtantia ♄ & arcturi g. 33 57′, diſtantia ♄ & Reguli 35 33.

30 Octobris die ☉ mane ♄ & arcturus diſtabant 33 33, ♄ & cauda ♌ 17 35′.

Ex his duabus obſeruationibus vel ex ſola diſtantia Reguli & ♄ (quia in latitudinibus non puto notabile diſcrimen eße, quod longitudini errorem ingerere poßit) vtcunque apparet ♄ ingreßum in 0 ♎ die 25 Octobris, quo die Ephemerides Stadij dant locum ♄ 1 Gr. 16 ♎, magna ſane differentia ab ipſo cœlo.

Obſeruationes in aſcititia quadam Stella in aſterismo Ceti anno 96 apparente habitæ[1].

Anno prædicto die 3 menſis Auguſti obſeruaturus matutino tempore Iouem eiusque diſtantias a vicinis ſtellis inſignioribus (quia ob æſtiuum aërem & auroram minimæ vix apparebant) per inſtrumentum meum obſeruaturus, conſpexi verſus meridiem in aſterismo Ceti inſolitam, & antea ea magnitudine in iſto loco non viſam ſtellam, cuius aſpectus diligens & loci conſideratio ſuſpitionem de nouo Cometa exorto ſtatim mihi mouit. Inſpiciebam mox globum meum ſtelliferum, perluſtrabam canonem ſtellarum Prutenicum, an forte eius magnitudinis ſtella illic exiſteret, ſed nihil reperi, quod ad locum, multo minus

[1] Hæc eſt ſtella variabilis *o* Ceti.

ad magnitudinem viſam quadraret. Hora igitur 1½ ante ☉ ortum die prædicto diſtantiam ♃ & Aldebar. accepi exactam Gr. 24 Min. 9. Diſtantia ♃ & ſtellæ claræ verſus meridiem (nam in hunc modum, cum nihil certi de illa mihi conſtaret, ſtellam nouam notabam) 20 22′ circiter. Sole iam exorto altitudinem Meridianam exactam ♃ per quadrantem reperi Gr. 50 M. 2.

9 Auguſti mane circa idem tempus diſtantia ♃ & Aldeb. erat 23 Gr. 55 minut. Diſtantia ♃ & ſtellæ verſus Meridiem vel ſtellæ nouæ 20 Gr. 31 Min., altitudo Meridiana ♃ in ipſo ☉ ortu exacta erat Gr. 50 M. 7.

11 Auguſti mane altitudinem huius nouæ ſtellæ (a qua tanquam incognita hactenus ♃ obſeruaueram) accepi exactam Gr. 30[1] M. 31 fere.

Diſtantia ♃ & nouæ ſtellæ tunc erat Gr. 20 35′, ſtella hæc erat in Meridiano cum lucida ♈ iam eundem duobus circiter gradibus tranſijßet.

14 Auguſti exactam habui obſeruationem mane: Diſtantia ♃ & Aldeb. 23 43, altitudo Meridiana ♃ 50° 12′. ♃ & noua ſtella diſtabant Gr. 20 M. 36, altitudo huius ſtellæ nouæ 31° 31′. Diſtantia huius ſtellæ a cauda Ceti 27 50′ fere. Hæc noua ſtella & mandibula Ceti 12 Gr. 51′. Eadem noua & lucida ♈ 26 36 (addidi in ſcriptis meis obſeruationem tunc: Hæc ✳ 2^{dæ} magnitudinis eſt, paulo maior lucida ♈, rubens vt ♂).

17 Auguſti mane diſtantiam huius nouæ ſtellæ & lucidæ ♈ accepi 26 37′. Nouæ & mandibulæ 12° 50′ an vitio obſeruationis euenerit, vt nunc vno minuto diſtantia lucidæ mandibulæ & nouæ ſtellæ diſcreparet, non ſcio. Quod facile in inſtrumento duas rimulas tantum habenti fieri potuit. Eodem tempore diſtantia ♃ & Aldeb. erat G. 23 . 42, altitudo meridiana ♃ 50 12′ vel paulo plus.

21 Auguſti mane diſtantia ♃ & Aldeb. 23 40′. Reſpondebant tunc diſtantia lucidæ ♈ & Cometæ 26 37, Cometæ & mandibulæ 12 51 vel 50½.

Differentiam obſeruationum diſtantiarum nouæ ſtellæ & lucidæ ♈ & mandibulæ (quæ aliquando erat vno minuto maior vel minor vt ex præpoſitis obſeruationibus liquet) credo ex refractionibus (qua me nunc inſtruxiſti) originem habere, quod videlicet aliquando citius, aliquando paulo ſerius easdem diſtantias obſeruauerim. Nam mandibula Horizonti propior maiorem refractionem & proinde minorem diſtantiam dabit, & ſi forte hoc modo in diſtantia Cometæ & lucidæ differentia excuſari non poßit, quod altitudo lucidæ circa illud tempus refractionis expers fuit, puto tamen ſic excuſari, quod noua ſtella ſublimior facta minorem refractionem habuerit & perinde diſtantia a lucida maiorem. Sed T. E. pro ſubtili ſuo ingenio hæc omnia & ſingula diligentius rimabitur.

Poſt 21 Auguſti inſtrumentis locum ipſius non obſeruaui amplius, quia nullum motum ex præcedentibus obſeruationibus animaduertere potui. Vidi tamen prædictam ſtellam poſtmodum aliquoties vsque ad dies priores Septembris, ſed quotidie quaſi diminui. Ex receßu ♃, cuius illuminatione eam magnitudinem habere præſumebam, nunc item diminui exiſtimabam, & propterea amplius, vt forte fixam exſtantem non curabam, nec etiam propter continuas fere aëris obſcuritates cæteros planetas tunc aliquibus ſeptimanis obſeruabam, niſi quod ♃ diſtantiam ab Aldeb. 1 Sept. mane inuenirem 23 54′, altitudinem eius Meridianam 50° 4½′.

Si obſeruationes hæ de aſcititia ſtella eiusmodi eßent, quæ ad confirmationem tuæ ſententiæ facere poßent, gauderem vtique. Feci tamen quantum potuit tunc fieri propter cauſas in literis adductas. Teſtor autem nihil imo ne iota quidem aliter me ſcripſiße quam obſeruarim, quod et diſtantiæ ♃ ad eandem ſtellam patefacient.

[1] Sic in codice. Debet eße 31°.

OBSERUATIONES ANNI 1598.

OBSERUATIONES SOLIS.

Quoniam a fine antecedentis anni per totum Januarium vsque in primam Februarij decuriam nulla affulſit conſtans ſerenitas obſeruationibus opportuna, ſed perpetuum fere vdum, obſcurum, flatulentum & inamœnum cœlum ſeu potius aëris conſtitutio; idcirco in menſem Februarium obſeruationes differre, adeoque incompletam eius primam decuriam, quando nonnulla ex organis meis aſtronomicis e Dania nuper huc Wandesburgum allatis & in obſeruatorio prius ordinato tunc primum diſpoſitis, vſui denuo adaptare incipiebam.

Sequuntur itaque ea, quæ ſequenti menſe Februarij cœlitus deſignaui.

DIE 11 FEBRUARIJ.

Vna hora a meridiano cum ⊙ ſerenus ſplenderet, ad horologij examinationem attendimus in hunc modum.

H. 1 M. 15 in horologio diſtabat ⊙ a meridiano per gradus Æquatoris 22° 30′. Vnde liquet horologium iuſto tardius promotum per horæ quadrantem.

H. 1 M. 23 ⊙ diſtabat a Meridie 25° 38′
eiusque altitudo 22 35

H. 1 M. 28 Fuit diſtantia
æquatoria 26 45

Cumque in horologio monſtraretur exacte H. $1\frac{1}{2}$, erat diſt. ⊙ a Meridie 27° 56′, Altit. vero ⊙ 21 55

Poſtea hora $1\frac{3}{4}$ erat ⊙ diſt. 30 46
Eadem iuſta altit. 21 2 per ferreum quadrantem, part. vero 21 15 per minorem inauratum.

Horam exacte 2 horologio ſonante
diſtantia ⊙ a meridie 34 30
Altit. ⊙ in min. quadrante $2\frac{1}{6}$[1]
in altero 19 58

Horologio monſtrante $2\frac{1}{2}$ ⊙
diſtabat a Meridie 41 43

Tandem cum æquatoria Armilla ad ⊙lem directa oſtenderet ad amußim 45° & tres horæ debebant a meridie effluxiße, horologium monſtrabat ſolummodo $2\frac{3}{4}$, vt & hic deſideretur quarta horæ pars. Fuit & ⊙lis altitudo 15° 50′ per Quadrantem ferreum, per minorem vero 16, deficientibus ſaltem 5′.

Atque hinc tempora verificari poterint.

Antecedentia omnia ſcripſit Oligerus Roſenkrantzius ſua manu, ſiquidem is obſeruationi Ecclipſeos, vti prius annotatum, interfuit, qui heri, die nimirum 15 hinc Wandesburgo diſcedens Daniam repetijt, cum per 14 dies primum Lubecæ paululum, poſtea hic vlterius conuerſatus mecum fuißet.

DIE 21 FEBRUARIJ.

Altitudo ⊙ in meridiano iuxta lineam meridiani correctam
per Volubilem 29 37
per . . .[2] 29 45
. . .[2] 29 40
Altitudo 29 35 30
2 35
Altitudo vera 29 38 5
⊙ in 12 49 ♓, Declin. vera 6 45 30
36 23 30
53 36 30

Pone itaque eleuationem poli 53 35 prima experientia. Hæc antecedentia debent ex altitudinibus verificari, nulla enim adhuc ad amußim correcta ſunt.

DIE 24 FEBRUARIJ.

Obſeruabatur Altitudo ⊙ meridiana
per Quadr. Volub. 30 50

Et hæc ex Altitudinibus verificari debent.

[1] Sic in codice. Fortaße debet eße $20\frac{1}{6}$.
[2] Hoc verbum legere non potuimus.

DE ECCLIPSI ☉ MAGNA DIE 24 FEBRUARIJ PAULO ANTE MERIDIEM.

Cum dispoſita eßent inſtrumenta ad obſeruandum hanc Ecclipſin, tam Armillæ quam Quadrantes, ſerenitas quidem ab initio aliqualis, tam a matutinis eius diej horis quam ad inſtans Ecclipſeos affulgebat. Verum paulo antequam Luna ſolare corpus ſuo interiectu attingere videretur, cœlum nubibus obducebatur, ita vt ☉ videri nequiuit, quotiescunque tamen aliquo modo nubes rariores factæ ſunt, vt aliquo modo per eas ☉ transpareret ad eius faces per aliquot obſeruatores diligenter attendimus.

Animaduerſus eſt autem ſucceßiue conſiderando circa horam 9 min. 52, quod adhuc toto ſuo limbo circumquaque rotundus fuerit, vnde necdum Ecclipſis inceperat.

At hora 10 M. 3½ per Armillas æquinoctiales qua fieri potuit diligentia, viſus eſt ☉ aliquantulam interiectu ☾ᵉ ab occidua ſui parte portionem amiſiße ad digitum quaſi 1¼ ad eum fere modum quem hæc figura repræſentat.



10ᴴ 3½ᴹ abfuit digitus 1¼ id eſt Mta 3½ proxime.

Poterant itaque de ☉ˡᵉ abeße 3½ Minuta quam proxime, quæ quaſi 7 minuta in tempore efficiunt, adeo vt deliquium inceperit 9ᴴ 56′. Quantum hinc vlla ratione diſcernere licuit. Neque enim vltra 1 minutum ante vel poſt primus viſibilis ingreßus eße potuit.

Hora 10 M. 28 dimidia pars ☉ˡⁱˢ quoad viſum inter rarefactas nubes a Luna obtegebatur, ad inſtar eius figurationis quam hic vides.



Hora 10 M. 33 paulo plus quam medietas de ☉ˡᵉ aberat, ita vt quaſi 7 digiti deſiderati ſint, quemadmodum hæc figura repræſentat.

Cum vero hora eßet 11⅛ ☉ quidem non videbatur ob nubes denſiuſculas interiectas, ſed nihilominus aëris obſcuritas inſtar crepuſculi matutini ita, vt lux diej plurimum remißa fuerit, innuebat ☉ˡᵉᵐ circa id tempus in medio deliquij laboraße, Idque vsque in horam 11⅛ vel paulo poſt. Nam cum quadrans horæ eßet poſt horam 11 aër paulo lucidior erat quam antea, quod indicio erat medium Ecclipſis iam præterijße & ☉ˡᵉᵐ a ☾ᵉ interiectu magis magisque

liberatum fuiße. Poſtea nihil amplius vsque ad finem deliquij, licet vltra horam 12 ſedulo aßederimus, de ☉le videre licuit, propter nubes denſiores eum prorſus obtegentes.

Ex quibus patet quod, quatenus ex iſtis obſeruationibus certitudinem ratam elicere liceat, puri deliquij initium iuxta horam 9 M. 56, Medium autem hora $11\frac{1}{6}$, vel forte vno aut altero minuto antea. Neque enim hæc ob nubes craßiores ☉lem obtegentes cum viſui is omnino non pateret, ſatis præciſe diſcernere licuit.

Certum tamen eſt medium deliquij fuiße intra horam 11 completam & minut. inſuper 16. Adeo vt ſi medium huius pro deliquij medietate aßumpſerimus inſenſibiliter aberrare contingat, niſi forte aliquantum propius ad 6tam horæ partem ab 11 accedere lubeat, quod tamen incertum eſt. Neque enim requiſitam certitudinem hic aßequi dabatur. Ex ijs vero, quæ vtcunque patuerunt, liquet ab initio ad medium tranſiuiße quam proxime horam 1 cum quadrante. Ideoque totum pene ☉lem ☾æ corpore noſtro intuitui interceptum fuiße ad 11 digitos ſi non eo amplius. Quod & aër circa medium deliquij tenebroſior redditus arguebat.

Poterint hæc conferri cum vtroque vſitato calculo tam Alphonſino quam Copernicco, tum quoque noſtro, & manifeſtum euadet noſtram reſtitutionem in hac Ecclipſi ſolari non minus quam antea in altera Lunari apparentijs cœleſtibus ſatis correſpondere, quatenus eas in vtroque ob deliquium rimari nobis dabatur, quemadmodum ex ſubſequentibus calculis tripliciter huc applicatis manifeſtabitur.

NB. Poſtquam examinaui diligentius Armillas æquatorias, quibus hæc tempora demenſus ſum, deprehendi eas 1° differre ab exacto meridiej ſitu, ita vt cum ☉ reuera in Meridiano eßet, monſtraret 181° pro 180°. Ideoque 4 minutis tempus iuſto plus producerent, quæ 4 minuta vbique auferenda veniunt a temporibus horis & minutis prius denotatis. Ita vt fuerit initium deliquij $9^{H}52^{M}$ quam proxime, atque cœtera momento hinc rectificanda.

Pone initium huius deliquij hic Wandesburgi $9^{H}51^{M}$
Roſtochij 10 3
& inſenſibiliter aberraberis.
Finis Roſtochij 12 25

Inter Viburgum & Mariagriam ſub meridiano oppidi Hobro obſeruauit Chriſtianus Iohannis Ripenſis, qui per triennium antea mihi fuit domeſticus, Ecclipſin ☉lis, & quidem quaſi vna octaua horæ poſt decimam circiter duos digitos vel forte paulo plus abfuiße a corpore ☉lis a parte occidentali. Cum autem medium eßet deliquij videbatur ☉ ita a ☾ tectus vt appoſita monſtrat figura, ita vt quaſi vndecim digiti abfuerint de parte ſuperiori. Atque hoc plane modo vti appictum eſt, tunc apparuit deliquium. Fuit autem tunc tempus in horologio paruo circa horam vndecimam vel paululum vltra etiam quaſi per octauam horæ partem. Finis non obſeruabatur. Atqui tum



☉lis lumen ſubobſcurum ac pallidum admodum tanquam in crepuſculo matutino aut veſpertino, ita vt gramina in ſuperficie terræ ſubpallida apparerent & ☉ vix perceptibilem vmbram faciebat, tam pauculo lucebat lumine. Ea pars quæ a ☾ tegebatur obſcura erat, ita vt color eius diſcerni nequiret. Altera vero portiuncula quæ libera inſtar lunulæ veluti appictum eſt reſtabat, lumen quidem aliquale edebat, sed non adeo fulgidum prout alias in Sole fit. Neque erat color ita rutilus vt alias totaliter fulgente. Sed erat color ſubalbicans, nec oculos ita percellens ſicuti alias fit. Acute etiam intuenti apparebat imago eius in oculo etiam clauſo, eadem quæ hic in limbo ☉lis apparet, quaſi imprimeretur imago ☉lis ipſi oculo, quod tamen erat momentaneum nec diu durauit. Horologium per quod hæc tempora rimatus erat, ad ☉lem erat correctum ponendo indicem in hora & minuto æſtimatiue quo ☉ eo die ibi oriri debuit, ita vt tota circumferentia eius exſtaret ſupra Horizontem viſibilem, id quod refractionem caueret.

In ipſo meridie ad murum cuiusdam templi conſiderata reſtabat quaſi ſpatium inter tertiam & quartam ☉ a ☾ adhuc obtectum quemadmodum iuxta ſuperiorem partem punctatum vides, atque in eadem quaſi dispoſitione. Monſtrabat vero Horologium etiam tunc horam duodecimam.

De hac Eclipſi ☉lis ſic perſcripſit ad me Chriſtiernus Longomontanus olim mihi domeſticus Roſtochio.

Ecclipſis ☉lis Roſtochij obſeruata.

Hora 10 M. 5 ſenſibiliter ☉ *ecclipſatus apparuit.*	Die 25 ſub *H. 10 M. 4 vel paulo ante, Initium* H. 12 M. 25 exacte *Finis*

Ergo huius medium H. 11 M. 10

Quantitas maximi deliquij inter 9 & 10 dig.

Tota autem duratio H. 2 M. 22 poſito initio H. 10 M. 3.

Wittebergæ ex obſeruatione M. Melchioris Joſtelij.

Videbatur Eclipſis in ſummo vigore circiter H. 11 M. 29 A. M.

Finis Eclipſeos erat circiter horæ $\frac{2}{3}$ a meridie, duo ferme digiti a parte auſtrali lucebant, cum contra Tabulæ Prutenicæ $\frac{1}{3}$ digiti a parte ſeptentrionali exhibeant.

Hæc tempora non ſunt exacta, ſiquidem non poteſt eße differentia meridianorum 15 M.

In ☉lis autem Ecclipſi obſeruata præciſionem quam a nobis hic fieri potuit, adhibuimus. Tempora non modo ex quadrante ſed etiam ex Planiſphærio horizontali, in quo exacte lineam meridiej pridie eius diej adinuenimus, adeo vt nullus aut plane inſenſibilis error hic eße queat.

Eadem Eclipſis Wittebergæ, vt ſcribit Magiſter M. Joſtelius, adeo exacte non eſt obſeruata, quod clepſidris vſi ſint, ad lineam Meridiej non ſatis exacte illic inuentam. Etenim cum ibidem eßem, admonui quadrantis uſum in temporibus ex ☉ circa meridiem rimandis nullum fore aut lubricum & incertum.

Has obſeruationes ☉ ſcripſit in quibusdam litteris ad me
M. Joachimus Radenicius[1].

Pro Eclipſi ☉lari exactius obſeruanda, die præcedente lineam Meridiej in Planiſphærio inueſtigaui (de cuius tamen veritate ipſe ſum dubius) & canalem 10 pedum longum fabricaui, per quem cum primum Luna Solem ingreßa animaduerteretur, fuit eius Altitudo 26° 5′. Eodem ipſo temporis momento fuit Diſtantia ☉lis a Meridie in Planiſphærio deprehenſa 33° 55′. Reſpondet tempus ad altitudinem ☉lis ſupputatum $10^{H}\,5\frac{1}{2}'$.

[1] Natus hic erat Roſtochii anno 1575, mortus eſt a. 1603.

Cum ☾ ad quantitatem $\frac{1}{3}$ Solem ingreßa eßet, fuit Altitudo ☉ 26° 45′, Diſtantia a Meridiano 29° 25′.

Cum quarta pars ☉ obumbrata eßet, ☉lis Altitudo 27° 45′, Diſtantia ☉lis a Meridiano 25° 10′.

Cum 3tia pars ☉ obſcurata eßet, Altitudo ☉ 28° 20′ exacte, Diſtantia a Meridiano 22° 0′.

Cum media parte obſcuratus eßet, ☉ Altit. 29° 10′, Diſtantia a Meridiano 18° 5′.

Horologia templi D. Jacobi ſonante vndecimam, diſt. ☉ a mer. $12\frac{1}{6}$°. Hinc vel lineæ Meridianæ, vel horologij errorem deprehendere licet. Circa hoc tempus maxima erat ☉ obſcuratio, adeo vt & ♀ per nubes transpareret, cuius paulo poſt altitudo pro tempore rectificando & linea meridiana exactius inuenienda deprehenſa 34° 35′. Et ☉lis eo ipſo tempore diſtantia a Meridiano 9° 35′.

Etſi autem nec in canali nec viſu adeo exacte maxima huius deliquij quantitas diſcerni poterat, quod radij debiles admodum eßent, attamen vltra $\frac{3}{4}$ corporis ☉laris obſcuratas fuiße ſatis conſtabat (quaſi 9 digitorum $\frac{1}{3}$) & Luna ☉li in media Ecclipſi ita inſinuata erat, vt corniculatus appareret. In vltimo autem huius deliquij fine, quem ſatis exacte obſeruaui tum in canali tum viſu diſtantia ☉ a meridiano & quidem poſt meridiem 7° 25′, cui reſpondet tempus 12H 26′, quo tempore ob ædium altitudinem ☉ altitudo haberi non licuit.

Erat itaque huius Eclipſis ex obſeruatione initium 10H 3′, medium 11H 14′, Finis 12H 26′.

ECCLIPSIS SOLIS ANNI 1598 MENSE FEBR. DIEJ 25 *VRANIBURGI OBSERUATA*[1].

Verior ratio ex meis tabulis præbet digitos $9\frac{1}{2}$, qua etiam quantitate Sol deficere a quodam ex meis Vraniburgi iſthic (vt 4 reſiduorum inſtrumentorum, quæ præ magnitudine efferri tam cito nequibant, curam haberet) relicto ſtudioſo deprehenſus eſt, & tempora alias per armillam æquatoriam 18 pedum in diametro a principio vsque ad finem (fuit enim toto iſthic tempore ſerenum) meæ reſtitutioni apprime congruentia cœlitus denotata ſunt, quæ erant eiuscemodi, vt deliquim inciperet iſthic H. 10. 10′, finem haberet H. 12. 19′, ideoque medium exiſteret M. 11. 12′.



1 Tunc fuit Sol orientalis 26° 25′ H. 10. $14\frac{1}{3}$. *Pone initium 28 graduum.*



2 Sol orientalis 25° 2′ T. H. 10. 20[2]



3 Sol orientalis 22° 30′



4 Sol orientalis 20° 0′

[1] Figuræ ſequentes in folio 131 recto et verſo codicis H inveniuntur, quod poſtea illi inſertum eße videtur et fortaße ab ipſo obſervatore Tychoni mißum eſt. Manu Tychonis nihil præter verba »Vraniburgi obſervata« et »Pone initium 28 grad.« conſcriptum eſt. Nomen obſervatoris erat David Petri (danice Pederſen). Præmiſimus excerptum ex epiſtola Tychonis ad Keplerum d. 9 Dec. 1599 (vid. T. VIII p. 210).

[2] Addidit Kepler (ut videtur): »Digiti 2, M. 5′. 6″ faciunt temporis 9, ſi ponis ..... 33. 30 a ☉. Hic Tycho literis ad me initium H. 10. 10«.



5 Sol orientalis 18° 5′



6 Sol orientalis 15°15′



7 Sol orientalis 12° 5′



8 Sol orientalis 9° 0′



9 Sol orientalis 5°35′



10 Sol orientalis 3°20′

Sol in Merid. 0° 0′ 11



Sol occident. 1°35′ 12



Sol occident. 3°15′ 13



Sol occident. 4°40′
H. 0 M. 18[1] 14



Sol occident. 7°15′ 15



Sol occident. 7°30′ 16



[1] Addidit Kepler: »Tycho fumit finem H. 12 . 19 literis ad me«.

DIE 3 MARTIJ.

Obſeruabatur Altitudo ⊙
in Meridie 33 32½
Locus ⊙lis in 22° 47′ ☌, Decl. 2 52½
36 25
Parallaxis 1 40
36 26 40
Provenit Altitudo Poli 53 33½

DIE 7 MARTIJ.

Altitudo ⊙ Meridiana 35 5½ per Volubilem exacte. Erat apprime ſerenum & tranquillum velut tota nocte antecedente.
Locus ⊙ noſter 26 45½ ☌ reductus
Altitudo obſeruata 35 5 0
Parallaxis addenda 2 27
Refractio ſub. 0 35
Altitudo correcta 35 6 52
Declinatio 1 17 35M.
Altitudo æquatoris 36 24 27
Altitudo poli 53 35 33
Potes itaque abſolute & præciſe vti altitudine poli 53 35 33.

DIE 12 MARTIJ.

Alt. ⊙ Merid. per Q. Volub. 37 3⅔

DIE 14 MARTIJ.

Alt. ⊙ Merid. per Quadr. maiorem Volub. 37 50½
vel 37 50 35
Circa Veſperam
6H 57½M Alt. Procyonis Mer. 42 39
Canis maior occid. 11 30
Altitudo Merid. Cordis ♌ 50 19⅙
Declinatio 13 54¼
36 24 55
53 35 5
8 58 Tranſiuit Cor Hydræ per Meridianum habens in Altitud. per Quadrantem Volub. maiorem 29 31¼
9 35⅔ Tranſiuit Cor ♌ per Meridianum habens altit. 50 19⅙

Locus ⊙ in meridie 3 40½ ♈
Declinatio 1 28
Altitudo obſeruata 37 50½
Parallaxis add. 2⅓
Refractio aufer. 0⅓
Vera altitudo 37 52½
Altitudo æquatoris 36 24½
Altitudo poli 53 35½
vt prius

DIE 15 MARTIJ.

Altitudo ⊙ mer. per Quadrantem Volub. 38 13 dubia
Horologium quo vſi ſumus rite fuit promotum ab heſterna meridie. Nam quarta tantum minuti parte iuſto celerius proceßit.
Eadem veſpera obſeruabatur Altitudo meridiana Caniculæ per Q. Volub. maior. 42 39
7H 1⅝M Canis maior occid. 11 30

DIE 16 MARTIJ.

Altitudo ⊙ merid. per Quadr. Volub. maiorem 38 38
Horologium quo vſi ſumus monſtrauit tunc temporis 11H 58⅓M.
Ergo deſideratur ſaltem circiter ſesquialterum minutum.
6H 53⅙′ Tranſiuit Canicula per meridianum habens in altitud. per Q. Volub. maiorem 42 39

Locus Solis noſter 5 39 ♈
Declinatio 2 15 7
Altitudo 38 38
Parallax add. 2 20
Refractio 0 15
Altitudo correcta 38 40
Altitudo æquatoris 36 25
Altitudo poli 53 35
quod dimidio ſaltem minuto deficit a vera altitudine poli.

DIE 17 MARTIJ.

⊙ Altit. Merid. per Vol. mai. 38 56½
Horologium monſtrabat 48⅓
min., promotum igitur fuit iuſto tardius 11½ minutis.

DIE 18 MARTIJ.

Obſeruabatur Altit. ⊙ Merid. per Q. Volub. maior. 39 22
Monſtrabat tunc horolog. 11 51½
Quare promotum fuit iuſto tardius 8½ minutis.

DIE 20 MARTIJ.

Alt. ⊙ Merid. per Q. Volub. maior. 40 10½

Linea Meridiej per Quadrantem maiorem volub. prius adinuenta omnino conuenit cum ea quæ per Quadr. minorem orichalcicum azimuthalem fuit adinuenta. Quare tuto ej in ſubſequentibus obſeruationibus fidi poteſt.

DIE 21 MARTIJ.

Altitudo ⊙lis Meridiana per Q. Volub. maiorem obſeruabatur 40 32⅔

DIE 22 MARTIJ.

Altit. ⊙ Merid. per Q. Volub. maiorem obſeruata 40 55 præciſe

DIE 30 MARTIJ.

Obſeruabatur Altit. ⊙ Merid. per Q. Volub. maiorem 44 8½

DIE 31 MARTIJ.

Altit. ⊙ merid. per Q. Volub. maiorem 44 21

Monſtrabat tunc horologium 12H 45½′ Promotum ergo fuit iuſto celerius M. 45½.

DIE 12 APRILIS.

Altitudo ⊙ Meridiana 48 35

DIE 19 APRILIS.

Obſeruabatur Altit. ⊙ merid. per Q. Volub. maiorem 50 52½

DIE 20 APRILIS.

Obſeruabatur Altit. ⊙ merid. per Q. maiorem Volub. 51 9

DIE 21 APRILIS.

Altitudo ⊙ merid. obſeruabatur per Q. Volub. maiorem 51 27⅔

DIE 22 APRILIS.

Obſeruabatur Altit. ⊙ Merid. 51 44½

DIE 26 APRILIS.

Obſeruabatur Altit. Merid. ⊙lis per Q. Volub. maiorem 52 55⅓

Dubia propter tabulatum.

WITTEBERGÆ.

Primo pro Altitudine Poli cognoſcenda.

Inſtante Solſtitio Hyberno licet linea Meridiej nondum ſatis eßet comperta, ſed ſolummodo per compaßum vtcunque diſpoſito inſtrumento, ſequentia pro altitudine poli Wittebergæ exploranda adinueni.

DIE 9 DECEMBRIS.

Circa meridiem Altitudo ⊙lis per Sextantem orichalcicum pro capiendis altitudinibus diſpoſitum ſic obſeruabatur & ad vſum adhibita eſt 14 43

Parallaxis addita		3
Alt. cum parallaxi	14	46
Refractio		7½
Alt. libera & vera	14	38½
Declin. ⊙lis add.	23	30
Altitudo æquatoris	38	8½
Altitudo poli	51	51½

Eadem Veſpera

obſeruabatur altitudo Polaris maxima cum ſupra polum eßet 54 42 50

Sed aßumetur potius	54	43
Diſt. a polo noſtro, ſubtr.	2	51½
Altitudo Poli	51	51½

quod concordat cum priori.

Alt. ſtellæ in fine caudæ Vrſæ maioris, ſed dubia obſeruatio, 20 4 50

Decl. antepenultimæ in cauda	58	11	20B.
Complementum declinationis	31	48	40
Altitudo Poli	51	53	30

DIE 10 DECEMBRIS.

Alt. ⊙ in meridie	14	42	50
Altitudo vera	14	38	20
Altitudo Poli	51	50	40

DIE 20 DECEMBRIS.

Alt. ⊙ in meridie	14	58	50
Altitudo vera	14	54	20
Altitudo Poli	51	51	20

OBSERUATIO DELIQUIJ LUNARIS PENE TOTALIS DIE 10 FEBRUARIJ POST MED. NOCT. SEQ. VERSUS CREPUSCULUM MATUTINUM.

Supputaui ab initio ratione nobis vſitata quando ☾ tranſitura eßet nonageſimum Eccliptícæ gradum ab Horizonte, vbi nimirum Parallaxi Longitudinis deſtituitur. Inueni id fieri 13ʰ37′, nempe vna hora cum ⅜ a media nocte. Quare circa id tempus attendi diligenter ad eius diſtantiam a Corde ♌, cui ☾ propinqua erat, eiusque locum pauculis gradibus prætergreßa. In Latitudine vtrobique non magni momenti exiſtente diſcrimine, idque in hunc modum vt ſequitur.

Cum Procyon ſiue Canis Minor eleuaretur iuxta Quadrantem minorem inauratum 19¼° diſtabat limbus ☾ occidentalis Regulo proximus ab eadem ſtella 5°37′. Et mox eadem fixa 19 gradus alt. habente eadem prorſus adinuenta eſt diſtantia, vtpote quæ tantillo temporis interſtitio inſenſibiliter variaretur. Poſtea cum eadem Canis minoris ſtella exaltaretur 17⅝° adinuenta eſt prior diſtantia ab eodem limbo ☾ ≈ 5° 42′. In altitudine vero Procyonis 17¼° fuit diſtantia alterius limbi orientalis, qui remotior erat a Luna, 6°11′. Sed cum eadem ſtella attolleretur 16¼°, deprehenſa eſt eadem diſtantia 6°18′, quæ duo ad inuicem limitanda veniunt.

Quando ☾ putabatur eße iuxta Meridianum, deprehenſa eſt Altitudo ſupremi limbi 48°30′, inferioris autem 47°55′, ſed huic obſeruationi non nimium fidendum, eo quod ſitus Meridiej non ſatis adhuc præciſe innotuerat, quem poſtea eadem nocte dirigendo armillas æquatorias ad Poli ſitum & ſtellarum hinc inde declinationes diligentius inquiſiui, quoad tam cito fieri poterat.

Poſtmodum vt conſtaret aliquid certi de poli huius loci ſublimitate, vnde cœteræ obſeruationes dependent, atque in vſum deducuntur, animaduerti diligenter ad ſitum ſtellæ Polaris, quando in Meridiano erat infra Polum, quod perpendiculo ad oculum applicato quando Schedir Caßiopeæ, ſeu potius medium ſpatium inter hanc & Caßiopeæ eiusdem caput erat cum eadem Polari ſtella in eodem verticali circulo, comperi. Fuit autem tunc per Quadrantem ferreum ſesquicubitalem adinuenta ſtellæ Polaris minima altitudo 50°54′. Quibus ſi addatur eiusdem ſtellæ a Polo remotio, quæ hoc tempore eſt iuxta priora noſtra obſeruata 2°52′, prouenit vera Poli ſublimitas 53°46′, pro quibus ego nunc accipio 53¾°, donec per maiora inſtrumenta ipſißimum minutum aut eiusdem ſemißem, prout opus fuerit, rimatus fuerim. Atque hac eleuatione Poli in disponendis Armillis æquatorijs mox eadem nocte vſus ſum.

Deinceps rurſus ☾ diſtant. a Regulo ſcrutatus ſum, quando Can. Min. eleuabatur 11¾°, inuenique eam eße 6°20′, idque quoad remotiorem limbum ☾ a Corde ♌.

Ex his antecedentibus in ☾ a Regulo diſtantijs circa 90° obſeruatis poterit eius locus examinari ante Ecclipſin, vnaque fixarum fieri comprobatio, modo parallaxis ☾ diligenter præcaueatur atque eius latitudinis & declinationis conueniens vti ſcis habeatur ratio, poſteaque per motum ☾ diurnum qui 12 gradus eo tempore quam minimum exceßit fieri eiusdem loci ad medium deliquij applicatio, aßumendo nimirum pro quibuslibet duobus minutis in tempore vnum minutum in gradibus.

Tempus autem huius deliquij lunaris qua fieri tunc potuit diligentia ſequenti modo denotatum eſt.

Paulo ante obfuſcationem ☾ obtegebatur nubibus quibusdam, quæ poſtea ſucceßiue dißoluebantur, ita vt principium ingreßus vtcunque animaduerti potuerit ſine admodum ſenſibili errore, per rariuſculas tamen nubes. At quia nullæ ſtellæ discrete cernebantur ob earundem nubium rariuſcularum interpoſitionem, obſeruata eſt tunc, cum limbus ☾ orientalis horizontem nonnihil

reſpiciens, vmbra terræ tingi cerneretur, altitudo ſupremæ circumferentiæ ☾ᵉ per Quadrantem minorem inauratum 23½°. At quia paululum antea poterat incepiße Ecclipſis, licet per tenues nubeculas & ob raritatem vmbræ terræ, iuxta ſua extrema id dignoſci nequiuerit, inſenſibiliter aberrabimus, ſi altitudinem ſupremi limbi ☾ⁿᵃʳⁱˢ in ipſißimo deliquij principio aßumpſerimus abſolute 24°. Cui te potes fundare. *Dat hor. 4 m. 14 iuxta calculum*[1].

Quando ſuperior limbus ☾ eleuabatur 20°, ☾ quaſi media ſui parte videbatur vmbram ingreßa.

Obſeruabatur tunc Caput Ophiuchi verſus ortum in diſtantia a meridiano æquatoria per Armillas orichalcicas æquinoctiales eadem nocte quoad fieri potuit dispoſitas 26° 24′.

Et paulo ante Spica ♍ pariter remouebatur a meridiano verſus occaſum. Quando tertia pars ☾ reſtabat, fuit altitudo ſupremi limbi 19° 0′. Obſeruabatur tunc Caput Ophiuchi 35° 25′ a meridiano. Circa horam quintam ſonantem tam in vrbe quam horologijs videbantur de ☾ reſtare 9′ per Radium obſeruata, habuit autem tum Cauda ☊ altitudinem 31° 0′ per maiuſculum ferreum quadrantem, accipiebatur etiam tunc per æquatorias armillas diſtantia Spicæ ♍ a meridiano 36° 30′. Hinc poterint verificari antecedentia horologiorum tempora collatione etiam facta cum ſequentibus. Erat autem apprime ſerenum circa hæc tempora depulſis vndiquaque omnibus nubibus, ita vt tam ☾ quam ſtellæ ſatis dilucide apparerent.

Hora 5 cum vna tertia in horologio quadrato oblongo, quod horas ſonat (nam alia mea horologia, quæ horas, minuta & ſecunda monſtrant tunc quod nupere allata eßent atque in via aliquo modo læſa & quædam in ijs amißa in integrum necdum erant reſtituta) quo in omnibus hiſce ☾ Ecclipſeos obſeruationibus ob aliorum defectum vſus ſum, tunc inquam per Radium obſeruabatur ☾ᵉ pars lucida, vbi craßior erat 6′ ſolummodo adimplere idque qua fieri potuit accuratione. Erat tunc Cauda ☊ in altitudine 28° 27′ per Quadrantem ferreum. Et Spica ♍ eodem inſtanti 18° 45′ per minorem quadrantem. In armillis vero Spicæ eiusdem a meridiano diſtantia 41° 10′.

Hora 5½ fere reſtabat pars ☾ illuminata 5′ per Radium, Altitudo Caudæ ☊ part. 27 21′ per maiuſculum ferreum quadrantem. Altitudo Spicæ 17° 45′ per Quadrantem minorem.

Hora 5 35′ iuxta dictum horologium itidem per Radium capiebatur partis adhuc illuminatæ 3½′. Erat tunc altitudo ſpicæ 16° 15′ & eadem a meridiano verſus occaſum in gradus æquatorias remouebatur 45° 36′.

Cauda ☊ obſeruata eſt ſupra Horizontem attolli 26° 0′. Hora 5 42′ quam proxime iuxta idem horologium reſtabant per Radium ſolummodo 3′ de illuminatione ☾[2], quæ vllo modo diſcerni poterant, & tunc quoad æſtimationem Medium Ecclipſis extitit, ☾ que profundißime, quantum ea vice fieri poterat, vmbræ terræ immergebatur. ♄ ſtella eleuabatur tunc 19°.

Nam paulo poſt iuxta horam 5⅚ viſa eſt aliquantulum lumine augeri, quando altitudo Caudæ ☊ erat 23° 0′ & Spicæ ♍ 14⅓°, quæ etiam ipſa tunc remouebatur a meridiano 50½° ſecundum æquatorem. Si itaque ſecundum horologium hoc ipſum conſtituerimus medium deliquij fuiße 5ʰ 45′ ad ſummum inſenſibiliter aberrabimus, poterit tamen hoc horologij tempus ex antecedentibus & conſequentibus obſeruationibus in altitudine ☾ & ſtellarum atque earundem diſtantijs a meridiano æquatorijs limitari.

[1] In margine hæc adſcripſit Tycho.

[2] Addita ſunt in margine cod. V alia manu: »N. B. 3′ non eclipſata de ☾. Hinc poteris molem Latitudinis conijcere, ſed veroſimile eſt aliquod ſaltem notabile ſuperfuiße de ☾. Id vero quantum fuit per Radium metiri fallax eſt, ut ſæpius experimenta ſunt impromptu, vide Eclipſin anni 92 in Junio 14«.

Poſtea cum ☾ ita Horizonti appropinquaret, vt ex nouo obſeruatorio propter arbores interpoſitas conſpici commode nequiret, aſcendimus Turriculum Wandesburgicum, ibique ☾ᵉ apparentijs attendimus vsque in eiusdem occaſum, quæ in hunc modum ſe habebant, quatenus ob diluculum matutinum & Solem iam iam exoriturum, tum quoque tenues vapores Horizonti vti fit obuerſantes eædem diſcerni poterant. Hora 6⅓ fuit altitudo ſuperioris & lucidi limbi ☾ tam per Quadrantem minorem quam per Radium aſtronomicum 3½° & ☾ tunc admodum ſenſibiliter lumen receperat atque adauxerat, habens in parte lucida 7′ per Radium. Hora 6½ in horologio fuit lucida portio ☾ quaſi 10′ etiam per Radium. Erat autem tunc altitudo ſupremi limbi 1½° tam per Radium quam Quadrantem.

Hora 6 40′ nihil amplius de ☾ apparuit, adeo propinqua erat Horizonti, ita vt vaporibus rariuſculis obtegeretur, tum quoque ob lumen diej, ☉ˡᵉ iam exorto, licet non cerneretur ob interpoſitas denſiuſculas nubes verſus ortum vtut in occaſu ſerenius fuerit. Poterat autem ☾ centraliter occidere 6ᴴ 43′ vel ad ſummum 45′ ſecundum horologium. Atque hinc tempora horologij emendare licebit, modo locus ☾ viſus applicetur & refractionum adhibeatur ratio.

Poſtea dormitum iuimus, nam totam noctem inſomnem traduxeramus, vt disponerentur inſtrumenta & ad obſeruandam Ecclipſin in nouo obſeruatorio ea quibus opus erat adornarentur.

Aderat vero mihi inter obſeruandum Oligerus Roſækrantz conſanguineus & affinis meus dilectus, & ſe ſtrenuum gerebat prout in terricola Sophia ſic etiam Cœleſti amatorem & obſeruatorem decebat.

DIE 16 FEBRUARIJ.

H. 2 M. 4 Horologium mediocre, quod ſingula minuta monſtrat, ſequente die poſt Ecclipſin primum Hamburgo receptum ab artifice emendare cœpi, quo poſtmodum præcipue vti animus eſt. Neque enim antea dabatur, ſiquidem inſtrumenta & horologia mea e Dania circa initium huius menſis huc primum receperam. Neque prius ſatis commoda & conſtans fuit ſerenitas.

In meridie vero antecedente huius diej, cum & hoc de quo dixi horologium correxißem, vt per duas ſequentes horas in minutorum indice motum eius explorarem, alterum quoque quo in obſeruanda Ecclipſi ☾ proxime vſi ſumus examinaui & deprehenſum eſt in ipſa Meridie horologium illud ſenſibiliter non aberrare. Mouebatur autem continue incorrectum a tempore Ecclipſeos per dies 5 completos, & inſuper horas circiter 6, aut ſi mauis numerare a tempore examinationis ad ☉ diej 11 pomeridiani circa horam 2 vt in antecedentibus, elapſi ſunt dies circiter completi 5. Quare vitium, ſi quod habuit horologium, circa diem obſeruationis ☾ Ecclipſeos, obtinuit, quod tunc forte non rite ad ☉ vel ſtellas ordinatum erat. Idque in obſeruationibus altitudinis ☾ & ſtellarum tunc factis experiri & corrigere licet, habita ratione motionis hucusque, atque ſic tempora Ecclipſeos præſcripta multo exactius verificari. Id quod ſequentes paginæ manifeſtabunt ſupputato & aßignato prius loco ☾ᵉ ex noſtra reſtitutione, vt cætera eo rectius pateant.

Pro initio Ecclipſeos.

Locus ☾ in 2° 0′ ♍, Latitudo 0°26′ Borealis.
Altitudo centri ☾ in principio deliquij 23°45′
Parallaxis ☾ in circulo altitudinis 51′
Subtracta refractione 6
Remanent parall. 45′ in circulo altitudinis.

Ex hac eruitur parallaxis Longitudinis 36′, Latitudinis 34′ auſtralis, demptaque Latitudine ☾ 26′ a parall. latit. Auſtr. remanet apparens Latitudo ☾ 8′ auſtralis.

Diſtantia ☾ a meridiano 64° 23′, quæ addenda eſt ad aſcenſionem rectam quæ eſt 153° 15′, & prouenit A.R. M.C. 217° 38′, a qua ſubtracta A.R. ☉ 334° 30′ remanet arcus 243° 8′, qui conuerſus in tempus exhibet horas 16 & 14′ ad initium eclipſis.

Pro digitis Eclipticis denuo inueſtigandis.

Sicuti ſe habet integer diameter ☾æ ad 12, ita ſe habet ſumma ſemidiametrorum Lunæ & vmbræ (detracta prius latitudine ☾æ) ad digitos ecliptícos.

Semid. ☾	15′	26″	
Semid. vmbræ	40	15	
Summa ſemid.	55	41	
Latit. ☾	25	23	ſubtr.
Reſiduum	30	18	

Reſp. 11 digiti.

Calculus ☉ & ☾ ad Annum 1597 completum Januarij 9^{D} . 18^{H} P.M. ex Tabulis Tychonis Brahe.

Vera longitudo ☾ a ☉	6^{s}	1°	43′	42″
Verus locus ☾næ	5	2	32	37
Vera latitudo ☾ ſeptent. defc.			25	24

Obſeruatio cœlitus deducta oſtendebat 2½ M. ad minimum de ☾ reſtare adhuc illuminata, cum circa medium eßet deliquij: itaque debebant 11 quam proxime digiti vmbram terræ ingredi. Quare in hoc calculo abundant quaſi ¾ vnius digiti.

Has ſequentes obſeruationes ☾ miſit ad me M. Joachimus Radenicius.

Quadrante ſesquipedali, cum ☾æ circiter quarta pars vmbram eßet ingreßa (initium enim ob nebulas videre non licuit) deprehendi Arcturi Altitudinem 55° 12′, cui reſpondet tempus ex ſupputatione 4^{H} 44′. Cum dimidia ferme parte obſcurata eßet, inuenta eiusdem ſtellæ altitudo 54° 32′, tempus H. 4 M. 51. Tertia parte extra vmbram exiſtente Altitudo Arcturi 53° 14′, tempus 5^{H} 9′ 20″. Superexiſtente ¼. Altitudo Arcturi 52° 27′, reſp. 5^{H} 18′.

Circa medium obſcurationis ☾ nubibus ita inuoluebatur, vt an hæc Ecclipſis totalis fuerit, exacte diſcerni nequiuerit, cum autem ex nubibus emergeretur, cumque quarta quaſi pars ab vmbra eßet liberata, propter diluculum ſtellæ apparere deſierunt, quare ſuperiorem limbum ☾ obſeruaui, cuius altitudinem inueni 2° exacte. Reſpondet itaque dictæ altitudini 6^{H} 48¾′. Plura ob Horizontis vicinitatem obſeruari non potuerunt.

De hac Eclipſi ☾æ ſic ſcripſit ad me Chriſtiernus Longomontanus olim meus domeſticus Roſtochio. Eclipſis ☾æ Roſtochij obſeruatæ medium Die 11 Februarij H. 6 M. 4 A.M.

Poſtſcripta: Lunæ deliquium hic Roſtochij ipſa nocte aduentus mei non ſatis præciſe obſeruatum eſt, ſaltem ex phaſibus quibusdam ad ingreßum & egreſſum ex vmbra conſimilibus medium enucleaui. Quod cœlum nec ſub initium nec medium a nubibus defecatum erat, & finis ante ſubmerſionem ☾æ non contigit. Obſeruationes tamen mediocres ſunt quas Doct. Wilhelmus Laurensbergius ad Arcturum per mediocrem quadrantem pro hoc medio rimando habuit.

OBSERUATIO ECLIPSIS ☾ A° 1598 MENSE FEB. ALCMARIÆ FACTA IN HOLLANDIA.



Altitudo Caudæ ☊ 42.15
Reſp. in tempore 15ʰ 50½
poſita eleuat. poli 53°.



Altit. Caudæ ☊ 41 gra.



Alt. Caud. ☊ 40.35



Altitud. Caud. ☊ 39.20



Altit. Caud. ☊ 38.20



Altitudo Cau. ☊ 36.30



Altitudo Caudæ ☊ 34.35



Altitud. Caud. ☊ 32.15



Altit. Caud. ☊ 30.10



Alt. Caudæ ☊ 28.45



Altitud. Caud. ☊ 26.50



Altitud. Caud. ☊ 24.25



Altitudo Caudæ ☊ 23.15



Altitudo Arcturi 46.40

Daer na en hebbe ick niet meer connen obſerueren, dan dit alles heb ick met groten vlyt waergenomen.

Hanc Eclipſin ☾ obſeruauit Alchmariæ in Hollandia Wilhem Johannis[1] *qui globos ex mea reſtitutione parauit. Eſtque alias ſatis diligens, nam vidit apud me rationem obſeruandi.*

Poteris hinc differentiam longitudinis locorum elicere, quæ eſt inter noſtram hic Wandesburgi obſeruationem atque illam ibi factam.

Explorato calculo hæc proueniunt | Initium huius Eclipſis { Wandesburgi 4. 6 / Alcmarij 3.48 } differ. 18

Ergo differentia Merid. p. $4\frac{1}{2}$[2].

OBSERUATIO ECLIPSEOS LUNÆ QUÆ CONTIGIT ANNO 1598 DIE 6 AUGUSTI VESPERI WANDESBURGI.

Quoniam dies quo hæc Eclipſis euenit mediocriter ſerenus fuit, correcta ſunt horologia, tum in Meridie tum poſtea ſub horam 6 a Sole, quæ vbique deprehenſa ſunt mediocriter ſe habere, adeo vt vix 2 M. revolutionem in cœlo anteuerterent in vltima correctione.

Dispoſita etiam ſunt inſtrumenta ac Armillæ æquatoriæ lineæ meridiej applicatæ, vbi notandum quod linea Meridiej in armillis ferreis quæ inferius fuerunt 40 minutis vera poſterior fuerat, qui error in ſequentibus obſeruationibus vbique tollitur ſubtrahendo 40 M. vel $2\frac{2}{3}$ temporis.

Ad altitudinem ☾ capiendam vſi ſumus ſuperius in turricula quadrante portatili orichalcico maiori.

Inſtante Eclipſi cœlum nubibus tenuioribus ac rarioribus ſubſtratum fuit, ſimiliter etiam in ortu, vbi ☾ apparuißet, nam quamquam eo in loco magis a nubibus liberatum erat, nihilominus ad altitudinem 4 aut 5 p. ob vapores minus defæcatum exſtitit. Sub aduerſo vero cardine vbi Sol occidit ſatis ſerenum fuit. Ideoque pro horologijs examinandis occaſum ☉ vſum ita deprehendimus.

	Per paruum horologium quod in turricula habuimus
H. 7 M. $22\frac{1}{6}$ Inferior limbus occid. per maius horologium	H. 7 M. $19\frac{1}{2}$
H. 7 M. $24\frac{3}{4}$ occidit medius ☉ per medium horologium	H. 7 M. $21\frac{1}{2}$
H. 7 M. $26\frac{5}{6}$ ☉ totus occidit per minus horologium	H. 7 M. $23\frac{1}{2}$

Hinc habita refractionis & parallaxeos ratione ad vſum ☉ occaſum horologia examinari queunt.

Sequuntur quæ in dicta Eclipſi haberi poterant obſeruationes.

H. 7 M. $57\frac{5}{6}$ in horologio medio inferiorum
H. 7 M. $58\frac{1}{6}$ in horologio maiori ſeu maximo
H. 7 M. 52 in paruo horologio in turricula
} Incepit ☾ egredi ex vmbra & apparuit quaſi 1 M. vmbra egreßa ad partem orientalem, fuit autem tunc altitudo inferioris limbi eius ſeu lucentis, per portatilem in turri P. 3 M. 26, reſp. $7^{H}54'$.

[1] Willem Janßoon Blaeu, qui per hiemem 1595—1596 Uraniburgi obſervaverat.

[2] Cfr. Kepleri Tab. Rudolph. cap. XVI (Opera ed. Friſch T. VI p. 556) ubi $5^{o}15'$ Keplerus invenit.

Si itaque primum egreßum iuxta correctiora horologia poſueris hor. 7 M. 56 & Altitudinem inferioris limbi 3 p. exacte, inſenſibiliter aberrabis. Reſp. $7^{H}\,51\frac{1}{6}'$.

Poſtea ſtella aliquo modo conſpicuæ factæ ſunt, quare pro horologijs corrigendis iſtæ obſeruatæ ſunt.

H. 8 M. $11\frac{2}{3}$ per Medium horologium
H. 8 M. $11\frac{3}{4}$ per Maximum
H. 8 M. $4\frac{1}{2}$ per Minimum quod habuimus ſuperius

} Fuit Vultur in armillis ferreis æquatorijs orient. 25° 19′ obſeruatus, ſed corr. 24 39. Altitudo infimi limbi ☾ᵃᵉ ſuperius per portatilem 4° 55′. Fuit quaſi pars quarta reſtituta de ☾, ſed hæc obſeruatio dubia eſt, poteris vti ad horologia concilianda.

$8^{H}\,34\frac{1}{2}^{M}$ per medium
8 $35\frac{1}{2}$ per maximum
8 $26\frac{1}{2}$ per minimum ſuperius

} Vulturis lucida in armillis obſeruat. 19° 17′, corrected 18° 37′ or. Altitudo infer. limbi ☾ in portatili ſuperius 7° 32′. Lucidus limbus a Meridie in alteris armillis Sept. 52° 20′. Fuit ☾ quaſi media extra vmbram quantum viſu diſcernere licuit, fuit tum mediocriter ſerenum vbi ☾ erat.

Poſtea pro examinatione armillarum obſeruabamus ad Borolybicum per magnum Quadrantem volubilem vnam 7 illarum in Vrſa maiore quæ in Caudæ radice eſt, habens Longit. $3\frac{1}{3}$ ♋, in altitudine 43 p. 45 M. Fuit tunc Vultur obſeruatus orient. 15° 22′, corr. 14° 42′, reſp. $8^{H}\,49\frac{1}{3}'$. Horologium medium $8^{H}\,51\frac{1}{3}'$, maximum $8^{H}\,51\frac{5}{6}'$ (reſp. $8^{H}\,48'$). Hinc tempora in horologijs conciliabis.

$9^{H}\,9\frac{1}{2}'$ in vtroque horologio
9 0 in minimo ſuperius

} Viſa eſt ☾ tota plena, ſplendidior tamen ab orientali parte magis quam occident.

Altitudo ſtellæ in radice Caudæ Vrſæ maioris 41° 53,, reſp. H. 9 M. 5.
Vultur obſeruatus in armillis orient. 10° 51′, corr. 10° 11′, reſp. H. 9 M. $7\frac{3}{5}$.

} Siniſter cubitus Antinoi in alteris armillis 14 31 or., reſp. H. 9 M. 9.
} Altitudo infer. limbi ☾ ſuperius per portatilem Quadr. 11° 21′.

H. 9 M. $4\frac{1}{2}$ in paruo horologio, vbi altitudo infimi limbi ☾ 11° 52′, tota vndique clara viſa eſt ☾. Si itaque poſueris iuxta hoc horologium H. 9 M. 3, vbi altitudo infer. limbi ☾ eßet $11\frac{2}{3}°$, in reliquis vero horologijs maioribus H. 9 M. 13 extremam liberationem a tota vmbra, inſenſibilis error committetur.

Poſtremo pro examinatione temporis & horologiorum.

$9^{H}\,27\frac{5}{6}^{M}$ per medium
9 $28\frac{3}{4}$ per maximum
9 $19\frac{1}{2}$ per paruum

} Altitudo radicis Caudæ Vrſæ maioris 39° 54′
Os Pegaſi or. fuit in armillis ferreis 35° 35′, ob corr. 34° 55′

Vlterius pro examinandis horologijs altero die poſt Meridiem ſub horam primam obſeruabamus ☉ˡᵉᵐ in armillis æquatorijs ferreis habita ratione 40 M. tunc addend. Horologium medium celerius iuſto mouebatur M. 11 S. 40. Horologium maximum celerius iuſto ibat 12′ 25″. Hinc proportionaliter ab hora 6 veſpertina heſterni diej, quando horologia ſimiliter correcta ſunt, tempora in deliquio ☾ⁿᵃᵉ emenda.

Emendatio temporum ad præcipuas animaduerſiones in Eclipſi.

Parallaxis incluſa refractione in altitudine 3° 18′, qualis fuit in primo egreßu $45\frac{1}{4}'$, reſp. Long. $13\frac{1}{2}'$, Lat. $43\frac{1}{3}'$.

Ergo Longitudo ☾ⁿᵃᵉ viſa	23° 48′	♒
Latitudo viſa	1 6	M.
Aſcenſio recta ☾ᵃᵉ	326 31	
Declinatio ☾ᵃᵉ	14 34	M.
Longitudo ☉	23 22	♌
Aſcenſio recta ☉	145 42	

Reſp. tempus $7^{H}\,51\frac{1}{6}'$. Sed ſi ponatur altitudo inferioris limbi $3\frac{1}{3}°$, erit tempus H. 7 M. 54.

Poſtea in totali liberatione ☾^{æ} ab vmbra fuit altit. centri ☾ 12° 0′
Parallaxis cum refractione 51′ 0″
Vera ☾ Longitudo 24 20
Latitudo 0 20 M.
Viſa Longitudo 24 24
Latitudo 1 11
Reſp. Aſc. recta ☾ 327 7
Declinatio 14 32
Reſp. tempus $9^{H}\,8^{M}$.

Ex collatione horum omnium pone primum egreßum ☾ ex vmbra H. 7 M. 55.

Et totalem liberationem H. 9 M. 12.

Latitudo vera ☾ in media eclipſi 0° 25′
Semidiameter Vmbræ 46′ 40″
Semidiameter ☾ 18 0
Motus diurnus ☾ a ☉^{le} 14 18
Aggregatio ſemidiam. 64 40

Scrupula incidentiæ & moræ dimidiæ ſimul 60′, reſp. tempori H. 1 41′ ſubtrah.
Ergo medium H. 7 31′.

Ex initio egreßus ☾ ab vmbra alio modo.

Differentia ſemidiamet. 28′ 40″
Ex motu diurno ☾ in tempore 23^{M}
$7^{H}\,55$
Ergo medium ☍^{nis} $7^{H}\,32^{M}$

Quod potius retinendum eſt.
Medium ad meridianum Vraniburgicum cui Tabulæ noſtræ ſunt accommodatæ Die 6 H. 7 M. 47.
Æquatio temporis pro ☾ M. 5 add.

Reſp. medij motus
- Simplex ☉ $4^{s}\,24°\,51′\,25″$
- Simplex ☾ a ☉ 5 27 37 20
- Anomalia ☾^{æ} 6 10 47 34

Hinc verus locus ☉ 23° 20′ 55″ ♌
Verus locus ☾^{æ} 23 19 52 ♒
Quantitas Eclipſeos ex noſtra reſtitutione Dig. $13\frac{1}{3}$.

OBSERUATIONES SATURNI.

DIE 16 FEBRUARIJ.

Noctu obſeruabatur ♄ in hunc modum a Corde ♌.

H.	M.	Diſt.	Altit. ♄ per Q. ferreum minor.	Cor Hydræ occid.
11	$56\frac{2}{3}$	38 $4\frac{5}{6}$	33 15	23 1
12	$3\frac{3}{4}$	38 $4\frac{5}{6}$	33 50	24 45
		omnino eadem cum priore		
12	$12\frac{1}{3}$	eadem adhuc diſt. præciſe	Altit. ob caminum haberi non potuit.	26 55

Vice verſa a Corde Hydræ.

12	$21\frac{1}{3}$	46 $50\frac{1}{2}$		29 3
12	30	eadem diſt. exactiß.	35 45	31 10
12	35	46 $50\frac{1}{3}$	36 3	32 34
		Poſtea a Cauda ♌	Altit. ♄ per Q. Volub.	Arcturus orient.
12	$45\frac{1}{3}$	18 46	35 $55\frac{5}{6}$	35 7
12	$54\frac{1}{2}$	18 44 dub.	36 $24\frac{5}{6}$	37 56
1	3	18 46	36 $34\frac{3}{4}$	34 3

Deinde obſeruabatur ♄ a Vindemiatrice ♍ pro altitudine eius exactius rimanda.

1	$16\frac{2}{3}$	13	$47\frac{5}{6}$	37	$6\frac{1}{2}$	30	10
1	$27\frac{1}{6}$	13	$47\frac{3}{4}$	37	19		
1	32	Fuit Altitudo Meridiana ♄ per Quadrantem Volub.				37	$20\frac{1}{6}$
		Fuit Spica ♍ tunc or.				12	7
1	$42\frac{1}{6}$	Poſtea repetita diſtantia ♄ a Vindem. ♍, inuenta fuit				13	$47\frac{3}{4}$
		Fuit tunc Spica ♍ orient.				10	27

Poſtea nubes verſus Meridiem exortæ ſunt, vt ♄ ibi amplius videri non potuerit.

Poſtea cum verſus ſeptentrionem ſemper ſerenum remaneret, cœpimus erecto ante horam antea perpendiculo, cum Schedir Caßiopeæ in perpendiculo eßet cum ſtella polari, per Quadrantem maximum volubilem minimam ſtellæ Polaris Altitudinem

rimari, eamque ter adinuenimus exiguo interiecto tempore G. 51 M. $7\frac{1}{6}$ exactißime.

Poſtea ea repetita fuit G. 51 M. $7\frac{1}{3}$ idque bis etiam ſumma præciſione. Deinde inſenſibiliter decreſcere viſa eſt, cuius rei ſæpius periculum facere ob nubes, quæ totum iam cœlum occuparant, non licuit. Experiundum itaque erit die craſtino, vtrum Quadrans per omnia rite diſpoſitus ſit. Quod ſi ſit, de eleuatione Poli nihil ambigendum erit, ſed perpendiculum ſe non recte habet in hac obſeruatione. Neque enim Quadrans ſatis bene erat diſpoſitus.

Hæc antecedentia debent ex altitudinibus verificari, nam nulla adhuc ad amußim correcta ſunt.

DIE 21 FEBRUARIJ

obſeruabatur ♄ a Corde ☋.

H. M.	Diſt. ♄ a Corde ☋	Alt. Cordis ☋
12 13	37 $40\frac{1}{2}$	46 58

Hæc antecedentia debent ex altitudinibus verificari, nulla enim adhuc ad amußim correcta ſunt.

Nulla poſtea ſerenitas affulſit, quamuis ad tertiam vsque præſtolati ſimus nunc.

DIE 23 FEBRUARIJ.

Obſeruabatur ♄ in hunc modum Meridiano appropinquans.

H. M.	Diſt. ♄ a Corde ☋	Altitudo	[1]
12 $3\frac{1}{6}$	37 35	47 30	42 20
12 $8\frac{5}{6}$	37 35	47 3	41 0
	prorſus eadem		
12 $13\frac{2}{3}$	37 35	46 38	39 46

Vice verſa ♄ a Spica ♍.

		Altit. Aldeb.	
12 $19\frac{1}{2}$	17 8	45 50	37 53
12 $50\frac{5}{6}$ [2]	17 $7\frac{1}{2}$	45 7	35 45
12 $34\frac{1}{6}$	17 $7\frac{1}{2}$	44 30	34 4

12 $53\frac{1}{6}$ Tranſiuit ♄ per Meridianum habens Altitudinem in Quadrante Volubili 38 $6\frac{5}{6}$

12 55 Erat tunc Altit. Cordis ☋ 42 4
Arcturus orient. 28 0

Demum & Polaris ſtella Meridianum tranſiuit, habens in altitudine per Quadr. Volub. 50 44

Eaque multoties repetita tum, cum ea Schedir Caßiopeæ eßet perpendicularis, tum quoque cingulo.

Altitudo tamen quod mutaretur interea, viſus acumine diſcerni non potuit. Lineam quoque meridianam hoc modo tum ad Schedir, tum quoque ad cingulum rimati ſumus.

Quadrans Volubilis ſatis rite diſpoſitus fuit.

In armillis periculum non fecimus. Nec enim niſi valde platice id fieri potuit.

Pro Poli altitudine rite conſtituenda.

Stella Polaris diſtat a Polo circa hoc tempus	2° 51′ 45″
Altitudo Merid. Polaris	50 44
Altitudo Poli	53 35 45
At Cor ☋ habet Alt. Merid.	50 21 45
Hoc anno Declin.	13 54
Altit. æq.	36 27 45
Altit. Poli	53 32
Pone	53 35
Canicula Alt. Merid.	42 39
Declin.	6 $12\frac{1}{2}$
Altit. æq.	36 $26\frac{1}{2}$
Polus	53 $33\frac{1}{2}$
Vera altit.	53 $35\frac{1}{2}$

Cui potes pro præcipuo te ſatis fundare.

Hæc antecedentia debent ex Altitudinibus verificari, nulla enim adhuc ad amußim correcta ſunt.

DIE 2 MARTIJ.

$12^{H}\,22\frac{1}{2}'$ Cauda ☋ in meridiano, Altit.

per Q. Volub.	53 $14\frac{1}{2}$
Arcturus orient.	39 10
Decl. Caudæ ☋ 16 50,	
Alt. Poli	53 $35\frac{1}{2}$

[1] Nomen et ſitus ſtellæ deſunt in codice. Forſitan Arcturus verſus orientem fuerit.
[2] Sic in codice. Debet eße circiter $27\frac{5}{6}$.

Poſtea obſeruabatur ♄ in hunc modum, I a Corde ☊.

H. M.	Diſtantia	Alt. Cordis ☊	Arcturus orient.
12 40⅔	37 0⅙	44 40	34 46
12 48⅙	37 0	43 50	33 4
12 51½	37 0	43 26	32 5

Vice verſa ♄ a Spica ♍.

1 2½	17 37⅚	42 40	29 35
1 11⅙	17 38⅓	41 50	27 21
1 16⅓	17 37⅚	41 8	26 22

Altitudo ſtellæ Polaris minima inuenta fuit, cum præciſe in perpendiculo eßet intermedio ſpatio inter Schedir & Cingulum Caßiopeæ per Quadr. Volubilem 50 43⅚. Linea quoque Meridiej, quantum hoc pacto per lineale magnum fieri potuit, quod non ſe extendit ab vna Tabulati parte ad aliud inuenta eſt. Quare inuenta eſt res adhuc alio modo, per funem longum creta infectum exploranda erit, vt tuto ej fidi poßit.

At ſtellæ Polaris min. alt.	50 43 50
Diſtantia a Polo nunc	2 51 45
	53 35 35
Cordis ☊ Altit. Merid.	50 21
Declinatio	13 54
	36 27
	53 33
Per medium harum eleuatio Poli	53 34½

DIE 3 MARTIJ.

11ʰ 57ᵐ obſeruabatur per Quadr. Vol. Altit. Merid. Caudæ ☊	53 15
Decl.	*16 50*
Alt. æquat.	*36 25*
12 38⅚ Altitudo Merid. ♄ per Quadr. Volub.	38 24⅓
Erat Arcturus orient. inter nubes	27 55

Prouenit hinc Declin. ♄ 1 59 B.

Poſtea ♄ in hunc modum, I. a Corde ☊.

H. M.	Diſtantia	Altit. Cordis ☊	Arcturus orient.
12 48½	36 52 inter nubes	40 45	25 28
12 55⅙	36 54½	39 56	24 48
1 2	36 54½	39 14	23 21

Vice verſa ♄ a Spica ♍.

Sub ipſum initium obſcurationis vel vno minuto poſt obſeruaui Semiſextante meo diſtantiam ſtellæ ſequentis quatuor in ala ♍ & occidentalis limbi ☾ 33° 39′, eiusdem ſtellæ & orientalis limbi ☾ diſtantiam 33° 4′, diametrum ☾ 35′ circiter, eandem diametrum etiam ſeorſim obſeruaui. Diſtantia Ceruicis ♌ & occidentalis limbi ☾ 11° 8′, hinc locus viſus datur 1° 19′ ♍, latitudo viſa auſtralis 0 17½, parallaxis longit. ex tabulis Reinholdi puto eße 12′ add., vt vera longitudo ſit 1° 32′ ♍, parallaxis latit. 50′, ergo latitudo borea vera 0′ 32½′.

Eadem nocte hora 1 mi: 53½ (Capella altitudinem habente 25° 5′) accepi exactam diſtantiam ſtellæ præcedentis & limbi ☾ occidentalis 34 32; obſeruata erat circa 90ſimum gradum Zodiaci, præterierat tamen parumper.

Tempus æſtimatum mediæ vel ſummæ obſcuritatis fuit hora 5 Mi. 58½, Cauda ♌ altitudinem habente 24° 30′. ☉lis locus tunc 2° 33′.

Ergo iuxta obſeruationes meas in ☾ habitas adhibita parallaxi videntur hæc omnia bene conuenire. Et ſic eclipſis vna hora circiter tardior fuit quam prognoſtica multorum habent.

N. B. Vtinam motus Lunaris Canones nobis propediem (quod vehementer optamus) Vrania tua ſuppeditaret, tunc de his & alijs rectius iudicare poßemus.



Cum in maxima obſcuratione ☾ erat, videbatur hanc formam habere & lucida pars 5 minuta æquabat proxime. Quod vero lumen obſcurius erat propter vapores circa Horizontem exiſtentes, inſtrumento dimetiri non potui. Cum vltimo illam viderem, huius erat formæ. Sub Horizontem labentem non vidi, quia vaporibus immerſa erat.



Certa obſeruatio ad ☾ facta anno 98 5 Feb. die ☉ veſperi.

Alt. Merid. inferioris limbi ☾ 64 Gr. 8 Mi:, diſtantia auſtralis Capitis ♊ ab occidentali limbo ☾ Gr. 20 0′ exacte.

[1] Adſcriptum eſt alia manu (non Tychonis): N. B. Repetito denuo calculo inuenimus principium ex eadem hac altitudine Reguli H. 3 M. 58¾.

Ab alijs citra errorem eodem momento obſeruari non potuit, quia inter obſeruationes binas aliquid temporis neceßario intercedit, quod locum ☾ mutabit. Certa vero hæc eſt obſeruatio, & non dubito eam cum eclipſi conuenire in longitudinis inueſtigatione.

Quod ſi Exc. T. prædictam Eclipſin Wandesburgi obſeruarit (vt Ridd. retulit)[1] vel etiam in Dania obſeruari curarit, rogo obnixe vt de meridianorum vera intercapedine ex his obſeruationibus certi quidquam rimari digneris, mihique communices.

De Eclipſi ☉lari 25 Februarij.

Initium eclipſis ☉ propter nubiloſum cœlum hic animaduertere mihi non licuit. Finis vero apud nos erat hora 12 Mi. 5, & in maxima obſcuratione videbatur de ☉lari corpore reſtare ad 9 vel 10′ Min: in inferiori parte[2].

Repetitio calculi in motu ♂ circa ☍ ſimplicis ☉lis
ex obſeruationibus Fabricianis.

Borealis cornu ♉	Aſcenſio recta 75° 14′	Declinatio 28° 11′ B.
Inferioris Cap. ♊	110 10 10	28 55½ B.

Die 10 Decembris [1597] ex D. Fabricij aſcriptis diſtantijs & altitudinibus Meridianis prouenit Aſcenſio recta ♂ { cornu ♉ 94° 6′ ; ♂ a { inf. cap. ♊ 94 6 40

Vnde Aſcenſio recta limitata 94 6 20

H. 12⅛ Declinatio 26 50 30 Bor.
Reſp. Longitudo 3 40 15 ♋
Latitudo 3 22 B.

Die 18 Decembris ex ſimiliter aſcriptis obſeruationibus Fabricianis

H. 11⅝ Aſcenſio recta { Cornu ♉ 90 35 0 ; ♂ a { Capite ♊ 90 38 0

Ergo Aſcenſio recta limitata 90 36½

Declinatio ♂ B. 27 6
Reſp. Longitudo 0 32 40 ♋
Latitudo 3 34½ B.

Ex inuentis ♂tis Motibus ad interſtitium 8 dierum prouenit motus diurnus 23′ 27″, cuius vſus pro ſequenti reductione in ☍ ☉lis erit.

Reductio ♂ in ☍ ſimplicis ☉lis ex antecedentibus.

Die 10 Decembris H. 12⅜ iuxta æquatum & reductum tempus ad Merid. Vraniburgicum.	Medius motus ☉	29 29 0 ♐
	Verus locus ♂	3 40 15 ♋
	Differentia ab ☍	4 11 15

Reſpondent iuxta motum ♂ & ☉lis coniunctum D. 3 H. 1 M. 0.

Ergo ☍ facta eſt ♂tis ad ſimplicem ☉ Die 13 Decemb. H. 13 M. 35 p. m., quo ♂tis locus iuxta proportionem inuenti motus diurni deductus reperitur eodem tempore futurus in 2° 29′ ♋.

Latitudo autem Borea	3 27 obſeruata
Parallaxis addit	2
Vnde vera latitudo	3 29 B.

[1] Ludolphus Riddershuſius, Bremenſis.

[2] Adſcripſit Tycho: *Vraniburgi poterat finis eße $0^H\ 24^M$.* Sequuntur plus quam duæ paginæ de rebus aſtrologicis tractantes, inter alia figura nativitatis Fabricii ineſt. Natus erat ille anno 1564 die 9 Martii, hora 4 M. 59 a. m. ſub elevatione poli 53° 38′. Quæ poſt hæc ſequuntur ab aliquo diſcipulo Tychonis conſcripta ſunt.

Pro emendatione longitudinis reſpectu latitudinis & proprij tramitis ♂ adde 6′. Ergo longitudo vera 2°35′ ♋.

Quod ſi magis adhærendum ſit obſeruationibus die 10 habitis, quod eæ melius conueniant, poteris absque ſenſibili errore ponere æquatam longitudinem obſeruatam in ☌ 2°34′ ♋.

Collatio cum reſtitutione noſtra: Simplex longitudo ♂tis 1ˢ 24° 55′ 47″
Apogæum ♂ 3 25 29 5
Anomalia eccent. 9 29 26 42
Reſpondet προσθαφαιρεσις 9 23 15 add.
Præceßio æquinoctij 28 13 20
Ergo verus locus ♂is 2 32⅓
Differentia plus 1⅔.

Inquiſitio loci ♃ [die 20 Nouembris a. 1597] ex obſeruationibus Domini Davidis circa ☌ ☉ ex ſolis diſtantijs a fixis.



A polus antarcticus eclipticæ
B Humerus Orionis
C ♃
D Aldeboran

I. In trigono BAD dantur
BA 73 54 } complementum latitudinum
DA 84 29 }
DAB 18 59½ differentia longitudinis
Ergo DB 21 25 7

II. In triangulo DBA dantur omnia latera, ergo per IX Sphæricorum angulus ad B 117°30′13″.

III. In triangulo CBD dantur itidem omnia latera, nam CB 19° 8′, DB 21°25′ & DC 8 52, ergo angulus CBD 24°55′58″, qui additus angulo prius inuento DBA accumulat angulum CBA 142°26′11″.

IV. In triangulo CBA quia dantur duo latera circa angulum B datum, ergo innoteſcit latus CA 89°17½ complementum Latitudinis ♃, quæ eſt 0 42½.

V. Poſtremo in triangulo CAB ex datis omnibus lateribus conſtabit angulus CAB, differentia longitudinis ♃ & Humeri Orionis 11°31′33″ auferenda

Longitudo Humeri Orionis 23 9 30 ♊
Ergo longitudo ♃ 11 38 0 ♊
Longitudo Aldeboræ 4 10 0
Angulus DAC 7 28 20
11 38 20

Hæc fere cum ijs, quæ D. Fabricius antea adhibita declinatione inuenit, conueniunt, deficiente ſaltem ½ M. apud illum in longitudine ♃.

☌ cum ſimplici ☉lis facta eſt iuxta noſtrum ratiocinium ad Meridianum Vraniburgicum præſuppoſitis Fabricij obſeruationibus Anno 1597 die 22 Nouembris H. 4 p. M., eodem tempore inuentus eſt ♃ in 11°24½′ ♊.

♃ motus medij ex Tabulis Prutenicis: Simplex long. ♃ 0ˢ 38° 4′ 24″
Apogæum ♃ 2 38 44 10

Correctionum a long. 15″
ab apog. 3°25′
ad προσ. 18

Hinc per correctionem noſtram reſpondet 11 18⅓′
Differentia 6 10
Pro inclinatione latitudinibus ſubtr. obſeruatis 34′.

OBSERUATIONES D. FABRICIJ CIRCA PLANETAS PRÆSERTIM SUPERIORES ANNO 1598 HABITÆ[1].

(Has obſeruationes accepi a Davide Fabrici Anno 1599 Menſe Martio).

♄ pro ☌ ♄ & ♀.

Anno 98 21 Octobris ante ortum ☉ diſtabat ♄ ab Arcturo 29°42′, ♄ & cauda ☊ 26° 21′. ♀ & Arcturus diſtabant 30° 55′, ♀ & ♄ 2° 32′ (altitudo ♄ in circulo verticali 14 & 15 Gr. igitur obſeruata erat).

Pro □ ♄ & ☉ anno 98 in Decembri.

28 Decembris, die ♃ mane, ♄ & Arcturus diſtabant 28°33′, ♄ & cauda 31°15′.

30 Decembris, die ♄ mane. Altit. Merid. ♄ 32°20′, ♄ & lanx auſtralis 23 27½, ♄ & alt. ſeq. in ala ♍ 11 33. ♄ 5 circiter minutis ad viſum citius culminabat quam Spica. ♄ & Spica diſtabant exacte 4°59′.

Hanc obſeruationem de ♄ non dubito veritati quam proxime reſponſuram.

99 4 Januarij, die ♃ mane, ♄ diſtabat ab alt. ſeq. in ala gr. 11°39′ f.

De ♃ anno 98 pro ☌ ♃ ♀.

Anno 98 9 Auguſti mane circa horam 4. ♃ & ♀ diſtabant 2°2′, ♃ & humerus ſequens Orionis 24 1. Diſt. ♀ & Capellæ gr. 35 M. 16, ♀ & hum. ſeq. Orion. 23° 25′. ♀ erat verſus ortum a ♃.

Pro □ ♃ & ☉.

2 Octobris die ☾ ante ortum ♃ diſtabat a Procyone 16°2′, a lucida pedis ♊ (quæ eſt in 3 28½ ♋) 16°52′. Altitudo meridiana ♃ 58°34′.

6 Octobris, die ♀ mane, ♃ & regulus 34°58′, ♃ & merid. caput ♊ 6°47′.

Pro △ ♃ & ☉.

30 Octobris die ☾ mane, ♃ & regulus 34°12′, ♃ & Procyon 16°2′.

4 Nouembris mane, ♃ & Regulus diſtabant 34°17′.

Obſeruationes exactæ pro Acronychio ♃.

20 Decembris, die ♂ hora 11 & 12 fere noctis ſequentis a ♂ die in ☿.

Diſt. ♃ & Procyon	16 52′[2]	
♃ & cornu boreale ♉	29 17	
♃ & auſtr. duarum in cap. ☊	30 36	(long. huius * 15°3½ ☊)
♃ & lucida poſt ♊	14 12	

Plenior obſeruatio

28 Decembris die ♃ hora 12 noctis ſequentis.

Altitudo Procyonis merid.	42°34′	♃ & auſtr. 2 in cap. ☊	31 42
Alt. merid. ♃	59 18½	♃ & procyon	17 5
♃ & cornu Bor. ♉ diſtabant	28 8	♃ & lucida pedis ♊	13 12 f.

[1] Manu Fabricii conſcriptæ.

[2] Codex habet 16° 2′. Monente Tychone, Fabricius hunc lapſum calami in literis ad eum anno 1599 datis correxit. Cf. Tychonis Opera T. I p. 302 et infra.

Calculum propter capitis imbecillitatem & ferias natalitias inſtituere non potui. T. M. per ſuos hæc facile perficiet, & cupio locum long. & lat. ad data duo tempora vt & tempus mediæ ☌ cognoſcere & videre, an cum meo calculo (quem interim inſtituam) conueniant.

Laus Deo qui mihi conceßit Vraniæ ſacris vlterius intereße.

Ex[1] meo calculo ad 19 Decembris longitudo ♃ prodijt 15 48½ ♋, latit. 0 11½ Bor., Aſcenſio Recta ♃ ex tribus ſtellis inuenta 107° 12′.

Ad 28 Decembris aſc. R. 106 57, Decl. bor. 22 56½, longit. 14° 39′ ♋, lat. 0° 14′ bor. Motus nouem dierum intermediorum ſpatio fuit 70′. Ergo diurnus fuit 7′ 45″. Ex his conſtat Solem antea aßecutum fuiße ♃ die 26 Decembris ho. 10 Mi. 40 p. M., quo tempore medius locus ☉[lis] fuit 14 57 ♐, cui ♃ oppoſitus fuit in 14 57 ♋, vera ☌ horis octo citius facta fuit. Differentia igitur mearum obſeruationum & veſtrarum admodum exigua, vel ſi omnia præciſe deducantur, nulla.

N. B. Quia non ſatis crebro neque in propinquo ante & poſt ♃ locum Achronichium obſeruare hic licuit, mutuabimur ſimul ea quæ Dauid Fabricius Reſterhauiæ in orientali Friſia diligenter obſeruauit in eleuatione poli p. 53 M. 38 & long. 29½.

1. Ante ☌ cum ☉ Decembris die 20 qui erat ♂ ab hora 11 vsque in 12[am] fere P. M. in nocte ſequenti.

I. Diſt. ♃ & Procyonis	*16°*	*2′*	*Hic aberrauit in prima di-*
II. Inter ♃ & Bor. Cornu ♉	*29*	*17*	*ſtantia, debuit eße 16 52[2].*
III. Ab auſt. duarum in Cap. ♑	*30*	*36*	
IIII. ♃ a lucido pede ♊	*14*	*12*	

Poteſt periculum fieri per quatuor Triangulos.

2. Poſt ☌ cum ☉ Decembris die 28 iuxta mediam noctem ſequentem.

I. Altitudo Procyonis Merid.	*42*	*34*	
II. Alt. ♃ Meridiana	*59*	*18½*	*quæ probat declin. ♃, adhibita*
III. Inter ♃ & bor. Cornu ♉	*28*	*8*	*æquatoris altit. 36 22.*
IIII. ♃ & auſt. duarum in Cap. ♑	*31*	*42*	
V. Inter ♃ & Procyonem	*17*	*5*	
VI. Inter ♃ & lucid. pedem ♊	*13*	*12 f.*	

Poteſt periculum fieri & per Aſc. R. & Declinat. & etiam per quatuor Triangulos.

Dicit autem Fabricius has obſeruationes fuiße exactas vti eſt diligens in talibus tractandis, atque hinc poteſt per Triangulos inquiri locus ♃ & deduci ad Solis ☌ atque conferri cum noſtra animaduerſione, ac ſtandum potius cum hac quia propior.

[1] Calculum ſequentem in iisdem literis cum Tychone communicavit Fabricius.
[2] Poſtea a Tychone in margine adſcriptum.

Sequens obſeruatio 28 Decembris Anno 1598 inſtituta[1].

	Longitudo	Latitudo
B	16°57¾′ ♊	5°20½′ B.
C	15 3½ ♌	9 40 B.
D	3 29 ♋	6 48⅓ M.
E	20 17 ♋	15 57 M.



A Polus eclipticæ
B Cornu ♉ boreale
C Auſt. caput ♌
D Pes ♊ lucidus
E Lucida canis minor.
F Iovis ſtella

Obſeruationes Anno 98 X^bris Die 28	
BF	28° 8′
CF	31 42
DF	13 12
EF	17 5

Latitudo Iovis	0°10′49″ Bor.	ex fundamento trianguli	BCF
	0 12 14 Bor.		ECF
	0 12 31 Bor.		BFE
	0 12 55 Bor.		DFE
	0 14 20½ Bor.		BFD
Longitudo Iovis	14 39 38 ♋	ex proceßu triangulari	BCF
	14 39 10 ♋		ECF
	14 39 58 ♋		BFE
	14 41 14 ♋		DFE
	14 40 19 ♋		BFD

Atque ſic quinquies tam longitudo quam latitudo Iovis ex huius ſchematis proceßu triangulari in apertum deducitur.

Notandum vero quod primus proceßus, qui fit ex fundamento trianguli BCF, Iovis Longitudinem exactius pandit quam latitudinem, ſiquidem ſtellæ, ſecundum quas hæc accipitur, quo ad longum reſpectu Iovis quam latum dispoſitæ ſunt. Ideoque minima in diſtantijs aberratio, quæ vix animaduertitur, latitudinem ſenſibiliter alterat.

In proceßu autem qui fit per triangulum FCE, et eum qui per BFE, tam longitudo quam latitudo recte ſe habet, et ipſa latitudo præciſius quam antea innoteſcit.

In reliquis duobus DFE latitudo promptius datur, et in BFD Longitudo rectius ſe habet.

Igitur hæc omnia adinvicem conferre oportet, atque per limitationem competentem diſcernere id, quod veritati proximum erit, vt ipſius Iovis longitudo et latitudo in ipſo minuto ſibi conſentiens ad amußim conſtare poterit.

Aßumatur itaque ad diem 28 Decembris A. 98 biduo nimirum poſt oppoſitionem cum ſimplici ☉^lis ex his obſeruationibus Dauidis Fabricij, limitando eas prout conuenientius fuit, competit autem mediæ nocti proxime ſequenti.

[1] Continuatio diſſertationis »De triangulis ſphæricis et planis«, quæ T. I Operum Tychonis (pp. 297—305) inſerta eſt. In codice H omnes calculi per methodum proſthaphæreticum inſtituti inveniuntur, quos hic omiſimus. Inter eos eſt calculus primæ obſervationis (diei 20 Decembris), qui ob falſam diſtantiam inutilis eſt.

☿
Longitudo 14°40 ♋
Latitudo 0 13 B.

Quod ſatis concordat cum mea obſeruatione die 30 habita & huc reducta. Ex hac enim colligitur quod fuerit long. ☿ 14 39. lat. 0 14.

Ad diem 20 Decembris & mediam noctem proxime ſequentem, 6 nimirum diebus ante oppoſitionem cum ſimplici ☉[lis], quæ obſeruauit idem Fabricius, minus recte ſe habent neque inuicem concordant[1], quare ijs non admodum fidendum. *Vtcunque tamen accipiendo colligitur quod longitudo eius fuerit 15⅝ ♋, lat. 0⅛ Bor. Fuißet itaque motus diurnus 1⅛[p], quod nimium videtur. Nam tam Alphonſus quam Prutenicus dat ſaltem 1° 4' ad ſummum. Sed ſtandum potius cum die 28 qui propior ☌ eſt.*

Locus ☿ ad diem 28 Decembris ex ijsdem Dauidis Fabricij obſeruationibus alio modo, nempe per AR[am] et Declin. ſupputatus.

Diſtantia ☿ a boreali cornu ♉	28° 8'	A polus Eclipticæ
Diſtantia a capite ☊	31 42	B bor. cornu ♉
Declinatio ☿	22 56 30''	C ☿, D Caput ☊

I. In △[lo] obliquo ABC.

Dantur		Quæritur
AB	61°48'	Angulus BAC diff[a] AR[æ] cornu ♉ & ☿
AC	67 3½	30°43'33'' a.
BC	28 8	Aſc. R. ♉ 75 14
		Aſc. R. ☿ 105 57 33

2°. In △[lo] obliquo ACD.

Dantur		Quæritur
AC	67° 3'30''	Angulus DAC, diff[a] Aſc. ☿ & cap. ☊
AD	64 24 30	34 44 55 s.
CD	31 42 0	A.R. cap. ☊ 140 40 0
		A.R. ☿ 105 55 5
		105 57 33
		Differentia 2 28, medium 1'14''
		A.R. ☿ limitata 105 56 19

Per hanc Aſcenſionem Rectam et Declinationem antea notam inuenitur Longitudo ☿ 14°39'24'' ♋, Latitudo 14'14'' B.

Ex noſtris obſeruatis prouenit	14 38 35
Differentia	49

Verum quia ego hic obſeruaui quaſi ſesquialtera hora ſerius, poßunt quaſi ½ minuti addi ad meam obſeruationem, ita vt fuerit in media nocte hic longitudo ☿ in 14°39' ♋. Ita vt vix dimidio minuto differant. Pone igitur longitudinem ☿ circa mediam noctem 14°39'15'' ♋, et aberrabis inſenſibiliter.

Si[2] ex diſtantijs ſtellæ iſtius auſtralioris in capite ☊ a Lucida ceruicis & Polluce, iſtius A. R. quæratur, prouenit illa 140°43'48'', Declinatio 25°34'10'' B., et iuxta hanc A.R.[am], ſi ☿[uis] exquiritur, inuenitur illa 105°58'53'', differentia a priori 1'20'', medium 40''. A.R. ☿ limitata 105°58'13'', Longitudo inde deducta 14°39'24'' ♋, Latitudo 14'14'' B.

[1] Ob errorem in diſtantia inter Iovem et Procyonem, 16° 2' pro 16°52'. Vide ſupra p. 156.
[2] Alia manu poſtea adſcriptum.

OBSERVATIONES ASTRONOMICÆ ANNI 1599
VITEBERGÆ HABITÆ VBI POLI ALTITUDO 51 52½ ET POSTEA PRAGÆ BOHEMORUM.

OBSERVATIONES SOLIS.

DIE 17 FEBRUARIJ.
Altit. ⊙ merid. 29° 43½′

DIE 20 FEBRUARIJ.
Altit. ⊙ merid. 30 51
Poli eleuatio inde elicitur 51 52 51

DIE 7 MARTIJ ☿.
Altit. ⊙ merid. 36 43

DIE 23 MARTIJ.
Altit. ⊙ merid. 42 57⅔

DIE 24 MARTIJ.
Alt. ⊙ merid. 43 21
Transuerſales 43 20⅚

Poſt hoc tempus verificata eſt linea fiduciæ quadrantis ita, vt tam ſupra quam infra recte monſtraret.

DIE 25 MARTIJ, DIE ⊙.
Obſeruabatur Altitudo ⊙ merid.
Q. Volub. 43 43
Chalyb. 43 43

DIE 26 MARTIJ.
Altit. ⊙ merid. 44 5

DIE 27 MARTIJ.
Altit. ⊙ merid. 44 28⅓
Fixarum Altitudines meridianæ obſeruatæ Quadrantem Altitudines ⅔ Minuti minores exhibere teſtantur, ideoque Altit. hæc ⊙ meridiana correcta erit 44 29

DIE 29 MARTIJ, DIE ♃.
Altit. ⊙ merid. 45 11½

DIE 15 MAIJ, QUI ERAT ♂.
Altit. ⊙ merid. 59 0 40

PRAGÆ BOHEMORUM OBSERVATA.
DIE 22 JULIJ STYLO NOUO.

Obſeruabatur finis paruulæ cuiusdam Eclipſeos ⊙lis in hunc modum.

In turricula Collegij, vbi propter alterius loci defectum inſtrumenta quædam paruula collocaueramus, ipſum ⊙lis in Horizonte locum obſeruare non licuit, verum vbi primum ſupra domos eminuit, Altitudo eius per Quadrantem inauratum accepta fuit 1° 58′, & tunc nigricans quiddam in ſuperiori ⊙lis parte verſus ſeptentrionem cernebatur in hunc modum.



Poſt modicum deinde diligenter attendentibus totus & integer videbatur circulus. Altitudo eius tunc per eundem Quadrantem inauratum accepta erat 2° 10′, nihilque amplius obſcuratum cernere poſtea licuit.

De hac Eclipſi ⊙lis M. Chriſtiernus[1] Roſtochio ad Dominum Tychonem ſcribens, vbi etiam eam obſeruauit hiſce verbis meminit.

Solis deliquium 11 Julij ſtylo veteri mane a me hic obſeruatum, cuius finis erat, cum ⊙ vix 5° ſupra Horizontem Roſtochianum refracte eleuaretur, & maxima obſcuratio in ipſo finitoris limine prout puto ad tres fere digitos, nam cum quaſi 1° altus eßet, 2 digitos abeße animaduerti.

[1] Longomontanus.

DIE 26 JULIJ ☾ᵉᵉ.

Obſeruabatur Quadrante orichalcico Azimuthali Alt. ⊙ merid. 59 29
Eleuatio poli hinc prouenit 50 7 30

DIE 27 JULIJ.

Obſeruabatur Altitudo ⊙ merid. ſumendo donec altißimus ⊙ fieret 59 14
50 9 14

DIE 28 JULIJ.

Obſeruabatur Altit. ⊙ merid. 58 58

DIE 29 JULIJ.

Altit. ⊙ Merid. 58 47

DIE 30 JULIJ.

Altit. ⊙ merid. 58 31

DIE 31 JULIJ.

Altit. ⊙ merid. 58 15
Altit. per Parallaxin correcta 58 16 30
Verus locus ⊙ 6°29′33″ ♋, Decl. 18 22 52
Altitudo æquatoris 39 53 38
Eleuatio poli 50 6 22

Anno 1416 obſeruauit Doctor Syndel Bohemus natione, peritus Aſtronomus eleuationem ⊙ in Solſtitio æſtiuo 63° 26′, Eleuatio poli 50° 3′ 40″[1].

OBSERUATIONES HABITÆ IN ARCE CÆSARIANA BENNACHIA.

N. B. 28 Auguſti Die quo primum Inſtrumenta Benachiæ pro obſeruationibus dispoſita fuerunt, cum Sextans tum Volubilis quadrans duobus ſemper minutis Altitudines adauxerunt, quod in omnibus quotquot reperire licuit correctum eſt.

DIE 11 SEPTEMBRIS.

Obſeruabatur Altit. ⊙ meridiana per Sext. Orichalcicum 44 12⅓
per Quadr. Volub. 44 12 10

DIE 12 SEPTEMBRIS.

Obſeruabatur Altit. ⊙ merid. per Quadr. magnum Volub. 43 44⅓
per Sext. orichalc. 43 45

DIE 14 SEPTEMBRIS.

Altit. ⊙ merid. per Q. Volub. 43 3
per Sext. orichalc. 43 2

DIE 16 SEPTEMBRIS.

Obſeruabatur Altit. ⊙ merid. per Quadr. Volub. 42 29⅙

DIE 17 SEPTEMBRIS.

Obſeruabatur Altit. ⊙ merid. per Quadr. 41 58⅙
Eodem die Sextante orich. 41 58

DIE 18 SEPTEMBRIS.

Altit. ⊙ merid. Quadr. Chalyb. 41 45

DIE 22 SEPTEMBRIS.

Obſeruabatur Altit. ⊙ merid. iuxta lineam Meridianam inuentam per Quadr. Volub. 40 10

DIE 24 SEPTEMBRIS.

Obſeruabatur Altit. ⊙ merid. per Quadr. 39 23½

DIE 25 SEPTEMBRIS.

Altit. ⊙ merid. per Volub. 39 1⅓

DIE 28 SEPTEMBRIS.

Obſeruabatur Altit. ⊙ merid. per Volub. 37 52⅓

DIE 5 OCTOBRIS.

Altit. ⊙ merid. per Q. Volub. 35 4½
per Sext. orich. 35 4⅓
Eleuatio poli hinc 50 16 43

DIE 6 OCTOBRIS.

Altit. ⊙ merid. per Volub. 34 41 30
Eleuatio poli hinc 50 16 37

DIE 11 OCTOBRIS.

Obſeruabatur Altit. ⊙ merid. Volub. 32 48⅓
Sextante 32 47⅚

[1] Cfr. T. V. p. 228 et Kepleri Opera T. III p. 54.

DIE 13 OCTOBRIS.

Altit. ⊙ merid. Volub. 32 2 0
Sextante 32 1 40
Q. minori Azimuthali 32 21 0[1]

DIE 14 OCTOBRIS.

Altit. ⊙ merid. Volub. 31 39⅚
Sextante 31 39⅓
Q. minori Azimuth. 32 0[1]

DIE 17 OCTOBRIS.

Altit. ⊙ merid. 30 34½

DIE 18 OCTOBRIS.

Altit. ⊙ merid. Volub. 30 12⅔

DIE 19 OCTOBRIS.

Altit. ⊙ merid. Volub 29 50⅙

DIE 20 OCTOBRIS.

Altit. ⊙ merid. per Volub. 29 28½

DIE 21 OCTOBRIS.

Altit. ⊙ merid. per Volub. 29 5⅙

DIE 22 OCTOBRIS.

Altit. ⊙ merid. per Volub. 28 45⅔

DIE 12 DECEMBRIS, BENNACHIÆ.

Altit. ⊙ merid.
per Quadr. Volub. 16 36⅔

DIE 13 DECEMBRIS, GIRSIZÆ.

Alt. ⊙ merid.
per Q. orichal. 16 25

DIE 23 DECEMBRIS.

Obſeruabatur altit. ⊙ merid. Girſizæ per Quadrantem Noricum conſtantem lamina orichalcica ſolida per rimulas, ſuperior limbus, cum non eßet ſatis ſerenum 16 27

DIE 31 DECEMBRIS, BENNACHIÆ.

Altit. ⊙ merid. per Volub. 16 33⅓
per Sextantem 16 33½

OBSERUATIONES LUNÆ.

DIE 31 JANUARIJ.

Tempora Eclipſeos ☾ᵉ Witebergæ vbi Poli eleuatio 51° 52′ 30″ obſeruata, quantum inter nubes denſiuſculas ſubinde intercurrentes fieri potuit.

3ʰ45⅙ᵐ Maius⎫ Putabant aliqui deeße
3 41 Minus ⎭ ☾ᵉ verſus ortum quiddam. Altit. Capitis Ophiuchi tunc erat 30°5′ per orichalc. Azimuthal. Supremus ☾ᵉ limb. per Quadr. Chalyb. 29° 45′

Verum 2 M. ferme temporis prius facta eſt obſcuratio, veluti ex ſequentibus colligere licuit.

3 50° Maius⎫ Cauda ☊
3 45½ Minus⎭ per Armill. occ. 28 17

Cum horolog. vrbis ſonaret 4, obſcurata erat ferme ¼ de ☾.

3 57⅛ Maius⎫ Altit. Capitis Ophiuchi
3 51½ Minus⎭ per Orichalc. 31 30
Supremus limb. ☾ᵉ per Chalyb. 28 50

4 10⅚ Maius⎫ Habuit inferior limbus
4 5 Minus⎭ ☾ᵉ Alt. per Chal. 25 20
Medium quaſi ☾ᵉ in vmbra tunc cernebatur.

5 7⅓ per Maior.⎫ Aquilæ altit. per
4 58 per Minor.⎭ Orichalc. 17 14
Fuit tunc Spica occident. 22 19
☾ tota tunc erat in vmbra & inferior eius pars lucidior ſuperiore.

5 16 Maius⎫ Spica occid.
per Armill. 24 16
5 5 Minus⎭ Alt. Aquilæ
per Orich. 18 42

5 30 Maius⎫ Fuit Alt. Aquilæ 20 37
5 19 Minus⎭ Et eodem inſtanti diſtabat Spica a Meridiano verſus occaſum 27 44

Lanx borealis ♎ per 2° circiter a Meridiano diſtabat verſus ortum, cum ☾ᵃ tota æſtimatiue in vmbram mergeretur.

[1] Sic in codice.

Examinatio temporis ex Altitudine ☾ ad initium Eclipſis.

Locus ☾ᵉ in medio aßumitur 21°12′ ♌
Scrup. inciden. & moræ dimid. ſimul 51′
Locus ☾ᵉ ad initium Eclipſis 20 21 ♌
Latitudo ☾ᵉ 9 M.
Altitudo ☾ᵉ viſa 29°30′ quo ad centrum.
Parallaxis in circulo altit. 46′
Hoc facit quo ad longum 22 m.
latum 41 a.
Ergo viſus Locus ☾ᵉ eſt 20° 0′ ♌
Latitudo eius 50 M.
Declinatio 14 3 S.
Aſcenſ. Recta 142 9
Ang. diſt. a M.C. 59 45 0
Ergo initium Eclipſis datur H. 3 M. 54 a M.N.
Et ex Aſcenſione recta ☉ datur Aſc. R. M.C. in tempore apparenti.

Quadrans cum Armillis in Meridie ſequenti non conueniebat, nam cum is Meridiem oſtenderet, Armillæ monſtrabant P. 0 49ᴹ exacte, 3′ temporis plus numerant ſemper Armillæ quam Quadrans.

Temporis ex Altitudine Capitis Ophiuchi inueſtigatio.

Ad initium Eclipſis cum Altitudo Capitis Ophiuchi per Orichalc. Azimuthalem verſus ortum eßet obſeruata 30° 5′
Erat Angulus diſt. a Merid. 57 16 54
Tempus inde deducitur H. 15 54′ 0″
Cum eiusdem Capitis Altitudo eßet 31°36′ 0″
Angulus diſtantiæ a M.C. 54 50 39
Tempus H.16 M.4 0″
Cum Aquilæ Altit. eßet 17°12′
Ang. diſtantiæ a M. C. 72 8
Tempus H.17 M.9
At Spica eodem inſtanti in arm. accepta dat H.17 M.0
Altit. Aquilæ 18°41′ 0″
Angulus diſt. a M.C. 69 41 29
Tempus H.17 M.19 0
Spica præbet 17 7 16
Aquilæ Altitudo 20°37′ 0″
Ang. diſtantiæ a M.C. 66 28 0
Tempus H.17 M.32 0
Spica dat 17 21 16
Cum horologium minus monſtaret 5 29 0
maius 5 36 0
Tranſibat chele borealis per M.C., ideoque tempus hinc deducitur H.5 22

Huius Eclipſis obſeruationes a M. Chriſtierno Longomontano meo olim domeſtico in Cimbria habitæ prout ad me Roſtochio Witebergam perſcripſit, verba ex ipſius Epiſtola ſic habent.

Eclipſin ☾ᵉ, quam tuæ commemorant vltimo a vobis Witebergæ denotatam, ego in pago Longomontano patrio ſolo quod 10 miliaribus Viburgo ad occaſum, vno vero duntaxat Bouonbergo famoſo Oceani littoris promontorio ad ortum diſtat, diligentia qua potui obſeruaui, idque cœlo tunc temporis ſerenißimo exiſtente. Deprehendi autem ex ſtellis Meridianum tum tranſeuntibus, tum in vno verticali eodem tempore conſtitutis (qua pragmateia vtendum fuit, cum inſtrumentis deſtituebar) deprehendi inquam principium deliquij huius H. 3 M. 28 vel ad ſummum M. 30 ingruiße, adeo vt ex diligenti animaduerſione tum aliarum phaſium tum præcipue ingreßus ac primi exitus ex vmbra terrena medium H. 5½ vel potius tribus minutis quaſi ante factum eßet. Quod veſtris animaduerſionibus Witebergæ habitis mediocriter pro differentia Meridianorum ex diſtantia itineraria ſub eadem parallela æſtimanda, conſentire video. Nec tamen tecum admirari deſino, vnde 10 M. ☾ᵉ motui in calculo reſtituto defectus? niſi diſpiciendum, quod circa Apogæum & Perigæum Epicyclij ☾ʳⁱˢ motus, vbi forſan adhuc aliæ eius anomaliæ vt in ♄ & ♃ latere poßunt hactenus inextricatæ. Inter phænomena ☾ᵉ examinanda memini in ijs locis vt plurimum difficul-

tates reſtitutioni quomodocunque inſtitutæ repugnantes nec citatæ a M.T. Eclipſis anni 81 per omnia huic normæ aßentiebatur, in qua paucula M. limitata recordor, vt reliquæ circa Perigæa conuenirent. — Hæc ille.

Ex meis itaque his obſeruationibus collatione Meridianorum habita accurate diſpiciendum qua in parte ſcrupulus ſubſit, & cur hæc cæteris a nobis obſeruatis non ſatis accurate correſpondeat, & videndum an per medios motus conciliatio inſtitui poßit, an vero ipſi anomaliæ aliqua adhuc incomperta ſubſit inæqualitas, quæ circa Apogæum & Perigæum maxime ſe prodit. Dubium tamen hic mouet Eclipſis ☾ᵉ Anni 98 Die 6 Auguſti in ipſo Perigæo quæ noſtris numeris apprime conſentiebat. Ex his itaque duabus vltimis, quæ iuxta Apogæum & Perigæum contigerunt, collatione etiam facta eius, quæ Anno 81 extitit prope Apogæum & ſi quas alias eiuscemodi habere licuerit, huius rei disquiſitio inſtituenda erit, adhibitis etiam in conſilium Eclipſibus olim a Regiomontano & eius diſcipulo Gualtero Norimbergæ obſeruatis, ſi modo aliquæ ex illis huic intentioni congruant, ſicque per maius temporis interuallum res hæc plenius comprobari poteſt.

DIE 3 OCTOBRIS.
IN ARCE BENNACHIA.

9ʰ 54ᵐ	Obſeruabatur diſt. occid. limbi ☾ᵉ a dextro humero ♒	39	9
	Siniſter hum. ♒ erat tunc occ.	19	45
10	5½ Diſtantia repetita	39	15½
N.B.	Memineris omnibus his diſtantijs ☾ʳⁱᵇᵘˢ eße ſubtrah.	1°	16′
	Diſtantia eadem repetita	39	15½
	Sin. hum. ♒ occ. per Arm.	21	24
10	11½ Diſtantia repetita	39	15½
	Poſtea ſumebatur		
10	25½ Diſt. occid. limbi ☾ᵉ ab illa quæ eſt in naribus Pegaſi	43	32
	Erat tunc humer. ♒ occ.	25	35
Diſtantia repetita		43	36
	Humerus ♒ ſiniſter occ.	26	42
Diſtantia repetita		43	36½
	Humerus ♒ occid.	28	19
Diſtantia repetita		43	37
Altit. merid. limbi ſuper.	☾ᵉ	46	8
	per Sextantem	46	8½
Altit. merid. limbi infer.	☾ᵉ	45	26
	Sextante	45	27

Diſtantias alias in ☾ vice verſa atque pro Declinatione capere non potuimus impediente feneſtræ anguſtia, ita vt circumagere non poßemus.

OBSERUATIONES SATURNI.

DIE 10 JANUARIJ.

1ʰ 56ᵐ	Tranſ. Regulus merid.	52	1⅙
2	5 Tranſ. luc. ceruicis ☊		
2	26½ Obſeruabatur diſt. ♄ ab Arcturo	27	11½
	Repetita diſtantia	27	11⅔
2	31⅔ Diſt. repetita	27	11
2	37⅓ Repetita diſtantia	27	11½
2	39½ Repetita diſtantia	27	11½
3	23½ Diſt. inter primam alæ ♍ & ♄	23	37
3	26⅓ Repetita diſtantia	23	37
3	31 Repetita diſtantia	23	37
3	40 Cauda ☊ tranſ. merid.	54	58⅔
5	20 Tranſiuit ♄ per Merid. habens altit.	34	2⅓

N.B.[1] ♄ fuit orientalis intra quadratum & trinum cum ☉ˡᵉ, ideoque hæc obſeruatio accommoda pro ſemidiametro diuagationis annuæ, quam veteres in Epicyclo, Copernicus in orbe magno terræ metiuntur. Ego vero in ipſo orbe Solari. Sed reiterandæ obſeruationes in ♄, ita vt vice verſa habeatur eius diſtantia a ſtellis iuxta zodiacum vel æquatorem.

[1] Poſtea alia manu adſcriptum.

DIE 15 JANUARIJ.

2H 8M	Obſeruabatur diſtantia	27	10
2 11	♄ ab Arcturo	27	10
2 16	Repetita diſtantia	27	10
2 33		27	10½
2 38		27	10

N. B. ♄ iuxta ſtationem primam obſeruatus.

3 36½	Diſt. ♄ ab altera ſequen-	10	28
3 44⅚	te in ſin. alæ ♍	10	28
3 47	Repetita diſt.	10	28
5 6⅚	Tranſibat ♄ per Merid. habens Altit.	34	2½
5 36	Capiebatur diſt. ♄	26	35
5 41½	a Bor. lance ♎	26	35
5 45⅔	Repetita diſtantia	26	34½
5 47	Repetita diſtantia	26	35
5 59	Diſt. inter ♄	21	58
6 3½	& lancem auſtral. ♎	21	57
6 29½	Diſt. inter ♄ & ſequentem duarum ſuperiorum in quadrato Corui	15	47
6 32	Repetita	15	46½

Crepuſculo tunc paulatim obſcurante ſtellas, non poterat hæc paruula amplius obſeruari.

Memineris Parallaxin Sextantis nempe 1°16′30″ nondum eße his obſeruationibus additam.

DIE 23 JANUARIJ.

4H 50M	Obſeruabatur Altit. ♄ meridiana	34	8½
5 6	Obſeruabatur diſt.	28	1
5 11	inter ♄ & lanc. bor.	28	2½
5 17	Repetita diſtantia	28	1
5 20	Repetita diſtantia	28	1
5 28	Obſeruabatur vice verſa	24	56½
5 33	♄ ab illa quæ in extremo	24	56
5 40	alæ Auſtrinæ & ſin. ♍	24	56
5 43	Repetita diſtantia	24	55
	Pro examinando Sextante		
5 50	Capiebatur diſt. inter Spicam & lancem auſtral.	21	23½
5 57	Repetita	21	23
	Repetita	21	23

Vnum minutum cum ſemiße a diſtantijs debent auferri, quia tantum obſeruatio in fixis abundat.

[1] Omnia linea tenui inducta.

DIE 9 MARTIJ[1].

Obſeruabatur Altitudo Merid. tertiæ in ala Virginis	38°	53′
Cor ♌ erat tunc in Armillis occidental.	40	10
Alt. mer. paruulæ quæ ſupra tertiam verſus vindemiatricem	43	45
Alt. mer. vindemiatricis	51	17⅓
Alt. mer. ♄	35	8⅙
Cauda ♌ erat tunc occidental.	21	34
Alt. mer. Spicæ ♍	29	9⅔
Eodem inſtanti capiebatur diſt. ♄ a corde ♌ verum inter nubes	49	54
Cauda ♌ occid.	23	21
Diſt. repet.	49	51
Cauda ♌ occid.	26	31
Diſt. repet.	49	53½
Cauda ♌ occid.	28	5
Diſt. repet.	49	53½
Cauda ♌ occid.	30	41
Viceverſa.		
Sumebatur diſt. ♄ a boreali lance	30	7½
Cauda ♌ occ. inter nubes	32	19
Diſt. repet.	30	8
Diſt. repet. occid.	33	40
Diſt. repet.	30	8

In armillis nil propter nubes poterat capi. Obſcurum fiebat, alias plura.

Examinatio obſerv. Spicæ hoc tempore habet declinationem	*9*	*0*	*30*
at obſeruatio dat ſaltem	*8*	*57*	*50*
differentia		*2*	*40*
Debet itaque minor fuiße altitudo	*29*	*7*	
Examinatio tertiæ in ala ♍			
Debet hoc tempore habere	*0*	*47*	*10*
Decl. inuenta eſt	*0*	*45*	*30*
		1	*40*

N. B. antecedentes ſtellæ ſunt ſatis diligenter in ſuis eleuationibus acceptæ, nam duæ ex illis plus iuſto dant, duæ minus iuſto.

Fiat periculum in ♄no ponendo declinatem eius 2° 59′ meridio-
diſt. a corde ♌ 49 53½ nalem
diſt. a bor. lance 30 8

DIE 16 MARTIJ.

Primum diſtantia ♄ a Regulo 49 24
Cor ☌ occidentale 27 12
Diſtantia repetita 49 23⅓
Cor ☌ occident. 29 20
Diſtantia repetita 49 24
Diſtantia repetita 49 24
Diſt. ♄ a Cauda ☌ 28 53½
Cor ☌ occid. 33 43
Diſtantia repetita 28 54
Diſt. ♄ repetita 28 54
Altitudo meridiana ♄ 35 19⅓
Cauda ☌ erat tunc occ. 20 57

Vice verſa.

♄ ab auſtrali Lance 25 59
Cauda ☌ occid. 23 50
Diſtantia repetita 25 59
Repetita 25 59
Rurſus. Diſt. inter ♄ & lancem borealem 30 32½
Cauda ☌ occident. 26 4
Diſtantia repetita 30 32½
Diſtantia repetita 30 32½

Pro examinando Sextante.

Spica a lance Bor. 27 35½ bis
At liber Epiſtolarum habet 27 34
Spica a corde ☌ 54 2
Repetita 54 2½
At liber habet 54 2

DIE 20 MARTIJ.

Cum Campanula vrbis primam indicaret, capiebatur
Altitudo ♄ meridiana 35 19⅔
Cum capiebatur hæc Altitudo ♄, tranſiuerat paululum Merid., ita vt 8′ augenda ſit, *debet eße* *35 26½*

Poſtea

Capiebatur diſt. ♄ a Corde ☌ 49 5½
Cauda ☌ occid. 34 17
Diſtantia repetita 49 5½
Diſtantia repetita 49 5½

Vice verſa.

Capiebatur diſt. inter ♄ & lancem borealem 30 51⅓
Cauda ☌ occid. 40 40
Diſtantia repetita 30 51
Diſtantia repetita 30 51½
Rurſum. Diſt. ♄ a Cauda ☌ 28 36⅙
Diſt. repetita 28 36⅙
Diſt. repetita 28 36⅙

[1] Forſitan 13⅝.

Vice verſa.

Diſt. ♄ a lance auſtrali 26 17½
Spica occid. 25 45
Diſt. repetita 26 17⅓
Diſt. repetita 26 17⅓

DIE 22 MARTIJ, FUIT DIES ♃.

Sumebatur diſt. ♄ a Corde ☌ 48 53½
Cor ☌ occid. 22 56
Diſt. repetita 48 54
Cor ☌ occid. 24 38
Diſt. repetita 48 54
Diſt. repetita 48 54
Diſt. ♄ a lucida Ceruicis ☌ 49 13⅙[1]
Cor ☌ occidentale 34 44
Diſtantia repetita 49 13⅝
Diſt. repetita 49 13⅝
Altitudo meridiana ♄ 35 30
Verum & hic inferior regula non præciſe in idem punctum coincidebat, ſed tantum 35 29⅓
monſtrabat, videndum ex præcedentibus fixis, vtram partem ſequi debeamus.

♄ hac veſpera erat in linea recta cum Spica ♍ & illa quæ in dextro latere ſub cingulo, niſi quod ♄ ſui corporis diametro orientem verſus paulum declinabat.



Rurſusque cum paruula iſta cui admodum propinquus eſt & illa quæ ſub perizomate in clune dextra, niſi quod & hic ♄ duplici ferme corporis ſui diametro borealior erat.

Talis autem ſtellarum diſpoſitio erat.

Diſtantia ♄ a tertia in ala ♍ 8 33½
Cauda ☌ occid. 33 5
Diſt. repetita 8 34⅓
Diſt. repetita 8 34⅓

Vice verſa.

Diſtantia ♄ a lance Boreali 30 59½
Diſt. repetita 31 0
Diſt. repetita 31 0
Diſt. repetita 31 0

Diſt. ♄ a bor. manu Ophiuchi 45 6⅓
Spica occidentalis 24 57
Diſtantia repetita 45 6
Spica occid. 25 30
Diſt. repetita 45 6⅓
Diſt. repetita 45 6⅓

DIE 23 MARTIJ.

Diſt. inter ♄ & Regulum 48 49½
Cor Hydræ occid. 31 35
Diſt. Repetita 48 50
Diſt. Repetita 48 50
Altitudo meridiana ♄ 35 32⅓
Transuerſales 35 32
Diſt. inter ♄ & 3tiam alæ ♍ 8 28½
Cauda ♌ occid. 27 46
Diſt. repetita 8 29
Diſt. repetita 8 29
Pone hic *8* *28¾*

Vice verſa.

Diſt. ♄ a lance Boreali 31 4
Cauda ♌ occid. 29 30
Diſt. repetita 31 4
Diſt. repetita 31 4
Diſt. ♄ a Borea manu Ophiuchi 45 10⅓
Spica occid. 15 11½
Diſt. repetita 45 10⅓
Diſt. repetita 45 10⅓

Circumſpecte limitatis ſingulis altitudinibus pone

Altitudinem ♄ meridianam *35° 32′ 15″*
Altitudinem æquatoris *38 7 30*
Ergo Declinatio merid. *2 35 15*
♄ Diſt. a Regulo *48 50 45*
♄ Diſt. a Lance Borea *31 4 45*
Diſt. ♄ a tertia alæ *8 39*
Diſt. ♄ a manu Ophiuchi *45 11*

Fac etiam periculum inter Regulum & Borealem manum Ophiuchi, ſiquidem eandem ferme habent diſtantiam. Et inter Lancem Boream & 3tiam alæ. Videndum autem inpoſterum vt æquales quaſi diſtantiæ vtrinque capiantur.

Nota. Tertia alæ ♍ habet eandem Latitudinem cum ♄, ideoque diſtantia eius ab hac ſtella longitudinem ♄ quam proxime pandit; eſt autem hoc tempore long. dictæ ſtellæ *4° 34′*
♎, ideoque longit. ♄ addit *8 39*
Ergo ♄ longitudo *♎ 13 13*

Sed hæc non ſatis præciſe, quia latitudo ab Ecliptica eſt quaſi 3 partium.

DIE 24 MARTIJ.

Altitudo meridiana ♄ 35 33½
Diſtantia ♄ a Regulo 48 45⅓
Diſt. repetita 48 45
Diſt. repetita 48 45
Diſt. ♄ a 3tia alæ ♍ 8 23½
Pone hic *8* *23¾*
Diſt. repetita 8 23½
Diſt. repetita 8 23½

Vice verſa.

Diſt. ♄ a lance boreali 31 9
Spica occidentalis 19 30
Diſt. repetita 31 9⅓
Diſt. repetita 31 9
Diſt. ♄ a lance Auſtrali 26 36
Spica occid. 24 35
Diſt. repetita 26 36
Diſt. repetita 26 36
Diſt. ♄ a Spica ♍ 7 9⅓ ter
Diſt. ♄ a Vindemiatore 15 54
Diſt. repetita 15 54⅙
Diſt. ♄ a cingulo ♍ 9 11½ bis

N.B. Ipſemet poſtea aderam & animaduerti cum filo quod ♄ eßet in linea recta quæ ducitur a Spica in cingulum ♍, fuit ab altera parte in linea quæ eſt ab inferiori prope ♄ illa quartæ magnitudinis, diſtans quaſi a ♄ prout duæ in manu ſiniſtra Ophiuchi, tendebat linea in eam quæ prope lucidam coronæ verſus occaſum. Fuit circa hæc tempora in Meridiano ea quæ eſt poſt manus Ophiuchi tertiæ magnitudinis habens altitudinem 23° 0′ 0″. Quando a Corde ♏ in hanc ducitur linea, cadit ea quaſi in duas inferiores & auſtraliores in corpore lyræ, hinc noſces ſtellam.

Diſtantia ♄ a ſuprema in frontibus ♏ 44 34½
Diſtantia repetita 44 34½
Diſt. ♄ a Corde ♏ 51 37½
Cor ♏ aberat tunc a Mer. occ. 15 16
H. 4 matutina Diſt. repetita 51 38

Et hæc ſub ipſam Auroram quæ etiam conſpectum earum eripiebat. Erant tunc ♄ & ſuprema in fronte &

Cor ♏ fere in eadem Altitudine, ideoque refractio nullam hic ſenſibilem poterat inferre diſcrepantiam.

DIE 25 MARTIJ, DIE ☉.

Altitudo ♄ meridiana	35	35⅙
Diſtantia ♄ a Corde	48	40
1ʰ12ᵐ Spica occid.	15	26
Diſt. repetita	48	40
Diſt. ♄ a 3ᵗⁱᵃ in ala ♍	8	20
1ʰ25ᵐ Spica occid.	18	43
Diſtantia repetita	8	20
Diſt. repetita	8	20
Vice verſa.		
Diſt. ♄ a lance Boreali	31	13
1ʰ37ᵐ Spica occid.	21	50
Diſt. repetita	31	12⅚[1]
Diſt. repetita	31	12⅙
Diſt. ♄ a lance Auſtrali	26	40⅓
Diſt. repetita	26	40⅓
Diſt. repetita	26	40⅓
♄ a Spica ♍	7	12½
14ʰ18ᵐ Spica occid.	31	57
Diſt. repetita	7	12½
Diſt. repetita	7	12½
Diſt. ♄ a cingulo ♍	9	9
14ʰ42ᵐ Spica occid.	38	0
Diſt. repetita	9	8⅔
Diſt. ♄ a Vindemiatore	15	51⅔
Diſt. repetita	15	51⅔
Diſt. repetita	15	51⅔
H. 4½ Cor ♏ occid.	18	10
Diſt. ♄ a Corde ♏	51	42½
Diſt. repetita	51	43
Diſt. repetita	51	42½
Debuit ratione prioris diej diſtare a ſuprema in fronte ♏	*44*	*39½*

DIE 26 MARTIJ.

Altitudo ♄ meridiana	35	36⅓
Diſt. ♄ a Cauda ♌	28	10
13ʰ47ᵐ Spica occ.	25	20
Diſt. repetita	28	10⅙
Diſt. repetita	28	10

A Corde ♌ hac vice veluti & lucida Ceruicis diſtantia ♄ propter ☾ᵃᵐ, quæ ſuo fulgore, Regulo proxima, plurimum impediebat, capi non poterat.

Altit. merid. lancis Boreæ	30	18
Diſt. ♄ a 3ᵗⁱᵃ alæ ♍	8	14

[1] Forſitan 12⅙.

2ʰ31ᵐ Spica occid.	35	10	
Diſt. repetita			8 14¾*
Diſt. repetita			8 13½*
Diſt. repetita			8 14 bis
Pone			*8 14*

**Hæ duæ dubiæ & ſe inuicem elidunt.*

Vice verſa.

Diſt. ♄ a lance boreali	31	17½
2ʰ44ᵐ Spica occid.	39	35
Diſtantia repetita	31	17½
Diſt. repetita	31	17½
Diſt. ♄ a lance auſtrali	26	45
3ʰ 3ᵐ Spica occident.	44	23
Diſt. repetita	26	45
Diſt. repetita	26	45
Diſt. ♄ a Spica ♍	7	17
Diſt. repetita	7	17
Diſt. repetita	7	17

A Cingulo ♍ & vindemiatore propter ☾ᵃᵐ diſtantiæ capi non poterant.

☾ iam iam occidente paruulæ quædam nubeculæ oriebantur, quæ & ♐ & ♏ ſtellas oculis eripiebant.

N.B. ♄ altitudinibus inde a die 24 Martij, poſtquam linea fiduciæ emendata eſt, addenda ſunt vbique 35″, vt ſit eius altitudo vt ſequitur.

Die	*Altitudo obſeruata & limitata*	*Declinatio*
24	*35° 34′ 5″*	*2° 33′ 25″*
25	*35 35 45*	*2 31 45*
26	*35 37 25*	*2 30 5*

Pone die 26 H. 2 M. 42 A.M.

diſt. a 3ᵗⁱᵃ in ala	*8*	*15*
a lance Boreali	*31*	*18½*
& declin. Meridianam	*2*	*29 50*

Sicque inſenſibiliter aberrabis.

Pro ♂ ♄ ad Solem deducenda.

N.B. Tertia alæ habet hoc anno 1599 in Martio Longitudinem 4° 33′ 45 ♌
Latitudinem 2 50 0 B.

Cumque habeat eandem cum ♄ intra minutum Latitudinem, facile erit Longitudinem ♄ ex dicta diſtantia hinc deducere, ita vt habeatur ratio trium ferme graduum, quibus ab Ecliptica remouentur, quo in loco ex Tabula Apiani in Cosmographia faciunt 5″ pro quolibet gradu plus. Hinc ſequitur quod die 26 vltima ob-

ſeruatione præcedenti in diſtantia 8. M. 15 fuerint addenda 8 . 15 . 40 ad Longitudinem ſtellæ, vt ſit Long. ♄ *12 49 25* ♎.

Ex obſeruationibus præcedentibus.

Ad diem 16 Martij.

Longitudo ♄	13°	36′	55″	♎
Latitudo	2	49	16	A.
Per △la prouenit				
Longit.	13	37	16	♎
Latit.	2	50	34	

Ad 22 Martij.

Longitudo	13	8	20	♎
Latitudo	2	47	58	

Auſtralis ex libro[1]

Ad diem 25 Martij.

Longitudo	12	53	43	♎
Latitudo	2	48	38	

Borea

Verum hanc latitudinem Parallaxis ♄ per diſtantiam eius tunc a terra 9400, qualium ſemidiameter terræ 1, quæſita 18″ adauget, vt reuera ſit 2° 48′ 56″.

Si ad tempus hoc ☌ locus ♄ iuxta Domini Tychonis limitationem quæratur, emergit Long. ♄ ♎ 12° 55′ 57″, Latit. 2° 49′ 5″ Bor.

☌ ♄ & ☉.

Fuit itaque ☌ veri loci ♄ cum medio ☉ hoc anno 1599 Martij die 25 ſtylo veteri Hora 4½ poſt mediam noctem ſequentem, ♄no *exiſtente in G. 12 M. 54* ♎, *Latit. 2 49 B. Cumque limes Boreæ Latitudinis a me repertus ſit in 20½* ♎ *abfuit* ♄ *ab hoc p. 7 M. 36, hinc conſequitur quod latitudo eius borea maxima eße poßit p. 2 M. 50, quod ſatis conſentit cum ijs quæ antea a me adinuenta ſunt.*

DIE 11 APRILIS.

Altitudo ♄ meridiana		36	3½
Cauda ☊ occid.	18 57		
Diſtantia ♄ a Corde ☊		47	24
Cauda ☊ occid.	27 54½		
Diſtantia repetita		47	24
Diſtantia repetita		47	24
Diſt. ♄ a 3tia in ala ♍		7	5
Cauda ☊ occid.	30 45		
Diſt. repetita		7	5
Diſt. repetita		7	5

Vice verſa.

Diſt. ♄ a lance boreali		32	26
Spica occid.	11 46		
Diſt. repetita		32	26
Diſt. repetita		32	26
Diſt. ♄ a lance auſtrali		27	54
Spica occid. inter nubes	15 53		
Diſt. repetita		27	54
Diſt. repetita		27	54

Ex præcedentibus.

Longitudo	11°	39′	50″	♎
Latitudo	2	47	20	B.
Sed parallaxis a.			*20*	
Vera Latit.	*2*	*47*	*40*	

DIE 19 APRILIS.

Obſeruabatur ♄ in hunc modum.

Primum diſtantia ♄ a Corde ☊		46	52
Cor ☊ occid.	29 54		
Diſt. repetita		46	52
Diſt. repetita		46	52
Altitudo meridiana ♄		36	16
Cauda ☊ tunc occ.	18 31		
Diſt. ♄ a tertia in ala ♍		6	33
Diſt. repetita		6	33

Vice verſa.

H. 12 Diſt. ♄ a Lance Boreali		32	58
Spica occid.	18 20		
Diſtantia repetita		32	58
Diſtantia repetita		32	58
Diſt. ♄ a lance auſtrali		28	27
Spica occid.	22 34		
Diſtantia repetita		28	27
Diſt. repetita exactißime		28	27

N.B. Erat ♄ hac veſpera in linea recta cum ſpica ♍ & paruula quæ prope illum.

Rurſusque decußatim cum Arcturo & orientaliori duarum ſuperiorum in □ Corui. Item cum lance auſtrali & tertia alæ ♍.

Aſc. recta limitata 191° 18′ 1″.

DIE 20 APRILIS.

Altit. ♄ meridiana		36	17⅛

N.B. Ante annos 29 videlicet Anno 1570 ♄ *obſeruaui in* ☌ ☉ *in hoc eodem fere loco.*

[1] Borealis in Prog. (T. II p. 262) et in »Stellarum Reſtitutione« (T. III p. 348). Recte.

Fuit autem obſeruata ☌ ♄ cum medio loco ☉ ad præſcriptum tempus ipſo exiſtente quo ad Longit. in p. 12 M. 54½ ♌ habito reſpectu proprij circuli inclinati ad Eclipticam qui addit M. ½, noſter calculus dat longitudinem in 12°55⅝′, vt abundent 1⅛ ſaltem Minuta, quod facile fieri poteſt ob æquationem Eccentrici non ſatis ſcrupuloſe limitatam vti ſcis. Calculus Prutenicus præbet tunc 13 29 abundans minutis 34½, Alphonſinus habet 13 53 abundans integro fere gradu. Nouæ Ephemerides Euerhardi præbent ad noſtrum tempus locum ♄ in 13°19′ ♌, quare abundant & hæ 25′, quod oſtendit eius correctionem non eße vero conſonam.

Patet itaque quod iuxta Copernicum in ♄ Apogæo abundent G. 3 M. 30 in Longit. eius G. 0 M. 22 in προσταφ. Eccentrici pars 36ta, quibus exceſſum committit in his tribus præcipuis requiſitis quemadmodum etiam in alijs Achronychijs ♄ ſitibus animaduerti, ſed alia ratio eſt proportionis eccentricitatis vtriusque quam a Ptolomæo & Copernico aßumpta eſt, quæ vti in Marte ex obſeruationibus ipſis limitandæ.

DIE 21 APRILIS.

Altit. ♄ merid. 36 18½

DIE 22 APRILIS.

Altit. ♄ merid. 36 19¾

DIE 16 MAIJ.

Obſeruabatur diſtantia ♄ a lance boreali 34 13
Lanx borealis aberat a Meridiano 30 28
Diſt. repetita 34 12
Diſt. repetita 34 13
Diſt. ♄ a ſuprema in fronte ♏ 47 41½
Lanx borealis occid. 33 4
Diſt. repetita 47 42
Diſt. repetita 47 41½

Plura & in ♄ & in ſtellis fixis propter nubes rariuſculas obſeruare non potuimus.

[1] In margine adſcriptum.

DIE 19 MAIJ.

Obſeruabatur ♄ a Cauda ☊ 25 23
Diſt. repetita 25 23
Diſt. repetita 25 23

DIE 7 JUNIJ.

Diſt. ♄ a tertia in ala ♍ 5° 1′

Erat tunc illa quæ ſub corde ♏ in meridiano.

Diſt. repetita 5 1
Pone hanc diſtantiam 4 50½

Erat tunc ♄ præciſe in linea recta cum tertia alæ ♍ & ſuprema in fronte ♏.

Diſt. ♄ a ſpica ♍ 9 41

Erat tunc Caput Ophiuchi quaſi in meridiano.

Diſt. repetita 9 41½

N.B. ♄ obſeruatus iuxta alteram ſtationem incipiens directus fieri[1].

Erat præterea ♄ in linea recta cum duabus ſtellis tertiæ magnitudinis ſupra ſpicam conſtitutis, quarum prima & inferior △lum ferme iſoſceles cum ſpica & tertia alæ conſtituit; videndum ergo quænam iſtæ duæ ſint.

Ex hoc quod ♄ erat exacte in linea recta cum tertia alæ ♍ & ſuprema in fronte ♏ colligo primo eius latitudinem in hunc modum.

Latitudo tertiæ alæ eſt 2° 50′ B., ſupremæ in fronte ♏ 1° 5′, differentia vtriusque 1°45′. Quia vero diſtantia fixarum eſt quamproxime partium 53° 0′, quæ etiam ex differentia longitudinis inquiri poteſt præciſius ſi lubet, dico interuallo 53 partium, mutata eſt latitudo part. 1°45′, quantum mutato interuallo p. 4 M. 51, quantum videlicet diſtat ♄ a tertia alæ ♍. Proueniunt 10 minuta fere, quibus latitudo ♄ minor eße debet latitudine eius quæ in tertia eſt alæ. Quare ponendo latitudinem ♄ partium 2 M. 40 inſenſibiliter aberrabimus. At differentia longitudinis conſtare poterat ex diſtantia obſeruata a tertia alæ & complemento latitudinum, ſunt enim ſic data tria latera, ergo angulus differentiæ longitudinis innoteſcet.

Mechanice operando inuenimus ♄ longitudinem fuiße iuxta 9°25′ ♎, Latit. 2°40′ quam proxime, quod a calculo Prutenico deficit 25′ & in latitudine abundat quaſi quarta gradus pars vltra eundem calculum.

N.B. Ex his colligitur quod Locus ♄ ad ♍ vnius gradus ſit in cœlo anterior eo, quem dat calculus Prutenicus circa hanc ſtationem ſecundam; iuxta tempus vero ♌ cum ☉le erat per ¾ gradus anterior, vti patet ex ſuperioribus, quando in Acronychio ſitu obſeruatus eſt. Differentia itaque ſaltem inuenitur ⅓°. Alphonſinus calculus habet 50′ plus, at in ♌ abundauit 1° 2′, vt hic ſit differentia 12′, fere vt prius in Prutenico.

DIE 8 JUNIJ.

Obſeruabatur diſtantia inter ♄ & Spicam ♍ 9 42
Erat tunc Cor ♌ quaſi in Meridiano.
Diſt. repetita inter nubes 9 42
Pro examinando Radio ſumebatur diſt. inter lucidam Cathedræ & Genu Caßiopeæ 9 42½ bis & exacte.
Liber Epiſt. habet 9 41.
Pone itaque diſt. ♄ & Spicæ 9 40½
vel ad ſummum 9 41
Diſt. ♄ a Cingulo ♍ inter nubes 7 6
Pone hic 7 5

Erat ♄ hac veſpera adhuc in linea recta cum ſuprema in fronte ♌ & tertia alæ, rurſusque cum Arcturo & ſtella ſecundæ magnitudinis quæ directe ſupra Arcturum conſtituitur. Erat vero talis poſitus ſtellarum.



DIE 10 JUNIJ.

Obſeruabatur diſt. inter ♄ & 3tiam alæ per mai. radium 5° 3′
Erat tunc ſuprema frontis ♌ in meridiano.
Diſt. repetita 5 3½
Per minorem erat diſt. bis exacte 4 53
Diſt. inter ♄ & cingulum ♍ per maio. 7 9½
Diſt. repetita 7 9
Minor Radius dabat 6 55
Diſt. repetita 6 55

Fidendum potius his obſeruationibus quam prioribus.

Obſeruabatur diſt. inter ♄ & ſpicam per maiorem 9 40½
Diſt. repetita 9 41
Per minorem bis 9 30
Inter Luc. Cathedræ & Genu Caßiop. pro examinando 9 42½
Radio mai. Liber habet 9 41
Repetita diſtantia 9 43
Per Minorem bis 9 30
Diſt. ♄ a paruuala illa quæ prope illum erat 2 58
Illa eſt quæ vltima in ſiniſtra ala ♍ numeratur, Long. illius 12 37 ♎
Repetita 2 58
Per minorem bis 2 52
Diſtantia ♄ ab illa quæ ſupra ipſum eſt, 3tiæ magnit., & ferme cum ſpica & 3tia alæ △lum iſoſceles conſtituit (puto eße illam quæ ſub perizomate in clune dextra)
Per Maiorem bis 9 14
Campanula vrbis præterlapſam tunc horam primam indicabat.
Per Minorem etiam bis 9 0

Erat ♄ hac veſpera adhuc in linea recta cum ſuprema in fronte ♌ & cum 3tia alæ ♍, ab illa autem linea quæ a duabus iſtis quæ ſupra ipſum ſunt ducitur, ♄ diametro quaſi ſui corporis ortum verſus ſeceßerat.

N. B. Obſeruationes hoc die factæ ſunt exactiores quam eæ quæ præcedentibus, quare ijs potius in examinando ♄ loco fidendum. Sciendum inſuper quod radius ille maior quo hæ capiebantur diſtantiæ erat Mag. Jœſtelij Profeßoris Mathematici Witte-

bergæ. Alter minor erat D. Wolfgangi Franzij Profeßoris Hiſtorici ibidem, ſed minor ille quaſi in 10 minutis vbique diſtantias iuſto minores fecit, quod præcauendum eſt. Diſtantiæ vero per Maiorem Radium acceptæ poßunt limitari iuxta ſimiles in Caßiopeæ ſtellis per eundem obſeruatas intercapedines, cum differentia ſit perexigua.

DIE 11 JUNIJ.

Obſeruabatur diſt. ♄ a 3tia alæ ♍ per maiorem	5°	5′
Diſt. repetita	5	5
Per minorem bis	4	55
Diſt. ♄ a ſpica ♍ per maiorem	9	40½
Diſt. repetita	9	40½
Diſt. eadem per Minorem bis repetita	9	42
Diſt. inter cingulum ♍ & ♄	7	10½
Repetita per maiorem	7	11
Per minorem	7	3
Repetita	7	4

GIRSITZÆ
DIE 12 DECEMBRIS.

♄ a Spica	8	49½ ter
♄ ab Arcturo	29	15⅚ ter
♄ ab vltima in cauda Hydræ	17	55 ter
♄ a boreali lance ♎	18	48 ter

NOCTU QUÆ SEQUEBATUR
13 DECEMBRIS.

Diſtantia ♄ a ſpica ♍		8 59
Altitudo ſpicæ	24	5
Diſt. ♄ ab Arcturo		29 28
Altit. ſpicæ	26	5
♄ ab vlt. in cauda Hydræ		16 44⅝
Altit. ſpicæ	27	43
Diſt. ♄ a Boreali lance ♎		27 33
Spicæ altit.	28	30

BENACHIÆ
DIE 31 DECEMBRIS.

Diſtantia ♄ a tertia alæ ♍	22	36	
Repetita	22	36	
Vice verſa diſt. ♄ a lance Bor. ♎	17	31	
Repetita	17	31	
Altit. ♄ meridiana per Volub.	31	20	
Aſc. R. ♄ e 3a alæ ♍	206	6	0
ex lance Bor.	206	13	3
limitata	206	9	31
Longitudo ♄	♎ 27	14	49
Latitudo	B. 2	25	25

OBSERUATIONES IOUIS.

DIE 2 JANUARIJ.

10H27M Diſt. ♃ & Aldeb. fuit per Sext. minor.	40	16½
10 35 Eadem repetita	40	16½
10 40	40	16½
10 42 (duo min. ſunt addita)[1]	40	16½
10 54 Tranſiuit ♃ merid. habens altit.	61	10
Diſt. inter Aldeb. & Procyonem pro examinando inſtrumento	45	5

DIE 4 JANUARIJ.

11H52M Obſeruabatur ♃ per Radium eiusque diſtantia adinuenta ab illa quæ in ſcapulis præcedentis ♊	4	55
12 1 Diſt. ♃ ab illa quæ in ventre Merid. ♊	0	51
12 10 Diſt. ♃ a ſiniſtro humero ſequentis ♊	5	18
12 16 ♃ a boreali & ſupr. genu inter nebulas capiebatur hæc.	9	16
12 23 ♃ a lucido pede ♊ & hæc inter nubes.	12	7
12 40 ♃ ab auſtr. genu ſequentis	4	53
1 5 Ab infer. Capite ♊ ♃	7	14
1 24 A ſuperiori Capite ♊ ♃	9	39

Obſcurum tum fiebat, alias per lineas rectas etiam ♃ obſeruatus fuißet.

[1] Poſtea adſcriptum.

DIE 8 JANUARIJ.

9H 40M Diſtantia ♃ ab illa quæ in ventre ♏, per Radium bis accepta 0° 24′

10 8 Diſt. ♃ ab Aldeb. per Sext. min. 38 3

10 18 Eadem repetita 38 3½

10 23 Altitudo ♃ meridiana 61 11

10 30 Videbatur ♃ ſtella in linea recta per papirum & filum diligenter ſumpta pene cum ea, quæ eſt in axilla ſiue humero dextro ſuperioris ♏ atque ea, quæ iuxta podicem inferioris. Coincidebat quam proxime ſtellula illa paruula, quæ admodum propinqua cernitur ſuperiori Capiti ♏. Nam ipſa ſtella in Capite ſuperioris ♏ paululum verſus ortum remouebatur ab hac linea.

Videbatur etiam decußatim in linea recta cum præſepe nebuloſo gyro ♋ & ſuprema in pedibus ♏ atque propo: hæ enim tres fixæ cum ♃ faciebant ad intuitum per papirum directe lineam rectam.

Apparuit etiam ♃ circa idem tempus in linea recta quæ eſt ab ea in Capite inferioris ♏ iuxta eius ſcapulam ſiniſtram ſiue axillam atque ea quæ in genu ſiniſtro eiusdem inferioris ♏, ſtellulam autem interceptam in hac transuerſali delineatione per ♏ ſtellulas facta deſideraui in loco, vbi ♃ erat & vbi linearum fiebat concurſus, videbatur nempe ea, quæ eſt ad vmbilicum inferioris ♏ iuxta Eclipticam paululum meridionalis, puto itaque eam eclipſatam a ♃ vel permodicum remotam.

DIE 9 JANUARIJ.

7H 45M Obſeruabatur diſtantia ♃ per Radium a paruula in vmbilico inferioris ♏ 0° 20′

7 59½ Erat ♃ in linea recta cum inferiori Capite ♏ & extremo verſus auſtrum pede.

8 4 Erat decußatim in altera linea cum Procyone & boreali ſcapula ſuperioris ♏.

8 12½ Erat ♃ in linea recta cum paruula quæ iuxta caput ſuperioris ♏ cum auſtrali ſcapula eiusdem & cum iſta quæ in podice inferioris ♏.

8 14 Rurſum cum humero inferioris ♏ & cum auſtrali genu eiusdem, verum ♃ paululum erat borealior.



H. 2 19½ (2 24⅛ corr.) Altitudo ſuperioris limbi ⊙ erat 50° 35′ & apparuerunt digiti circiter 2.
Hora corr. ex alt. reſp. H. 2 24′ 4″.



H. 2 27⅝ (2 32⅜ corr.) Altitudo ſuperioris limbi ⊙ 49° 28′, digiti autem 1½.



H. 2 29⅜ (2 34⅙ corr.) Altit. ſuper. limbi ⊙ erat 49° 12½′ & obſcuratio oſtendit nobis quaſi 1 digit.



H. 2 31 (2 35¾ corr.) Altit. ſuper. limbi ⊙ erat 48° 58′ & erat obſcuratio digiti 1 parui.



H. 2 32⅛ (2 36 55 corr.) Altit. ſuper. limbi ⊙ 48° 48½′, obſcuratio ⅔ digit.
Sed in omnibus obſeruationibus & præcipue maxima obſcuratione circulus ☾ multo minor ⊙ diſco apparebat.



H. 2 33⅛ (2 38 corr.) Altit. ⊙ ſuper. limbi ⊙ 48° 39′.

H. 2 34½ (2 39⅛ corr.) Altit. centri ⊙ 48° 17′. Quantitas Eclipſis ½ dig. & paulo minus.

Finis. H. 2 39½ nihil amplius obſeruari potuit, eratque alt. ſuper. limbi ⊙ 47° 43½′. Reſp. H. 2 44′ 10″ corr. ex altitud.

N. B. Subtrahantur de omnibus altitudinibus ſemper tam in præcedentibus quam conſequentibus 2′, quod Quadrans altitudines meridianas 2′ iuſto altiores dediße animaduerſus.

Pro corrigendo horologio obſeruabatur poſtea Sol vt ſequitur.

Cum horologium inferius monſtraret horam 3 ſuperius erat circa H. 3 10⅓'.

H. 3	9⅚ Altit. Centri ⊙	42° 59¾'	bona
3	13 0	42 32	
3	17 0	41 58	
I. 5	30⅙	21 1	
II. 5	32⅙	20 41	
III. 5	33⅜	20 30	bona
IV. 5	37⅓	19 55	bona
V. 5	41⅓	19 17	
VI. 5	43⅜	19 1	
VII. 5	46	18 36	
VIII. 5	47½	18 22	
XI. 5	48⅚	18 17	

Sequitur ex datis altitudinibus ⊙lis inquiſitio temporum ad præcipui deliquij animaduerſiones & cum Horologio collatio.

H. M.	Alt. ⊙ viſa corr.	Reſp.	Diff.
0 41	60 33	0 46 0	5' 0''
0 51	59 46	0 57 36	6 36
1 37 20	55 34	1 42 6	4 46
2 19 30	50 18	2 24 4	4 34
2 39 30	47 29½	2 44 10	4 40
3 9 50	42 57 40	3 14 40	4 50
5 33 40	20 28	5 37 35	3 55
5 37 20	19 51 15	5 41⅓	4 0

Horologium inferius quo vſi ſumus in obſeruanda Eclipſi in meridie ſequente 10' plus iuſto habebat (ſed incertum eſt an interea a quoquam promotum ſit Horologium)[1], ſed deprehenſum eſt per aliam lineam Meridiej, quod Meridianus prius præſuppoſitus 5' temporis vero Meridiano poſterior fuit, ideoque 5' temporis vbique addenda ijs quæ Horologium præſupponit, quod et concordat cum obſeruationibus per Altitudinem ⊙lis factis, inde tempora per triangula elicienda. Sunt autem omnia tempora in antecedentibus iuxta hanc rationem correcta, prout habet appoſita annotatio.

Fuit itaque expenſis & limitatis ſingulis in hac Eclipſi Solis Bennaticæ in Bohæmia, vbi Long. ſtatuo 39° 0'

[1] In margine adſcriptum.

Initium	*0H43M*
Medium	*1 44 poteſt eße 46*
Finis	*2 45*
Ergo tota duratio	*2 2*
Digiti Ecliptici	*5 0*

Calculus Eclipſeos Solaris Anno 1600 Julij Die 10 poſt meridiem factæ ex reſtitutione & tabulis Tychonis Brahe, ad longitudinem 38°0', qualis colligitur ex tabulis Geographicis eße in Bennatika Bohemiæ.

Initium Eclipſis	0H46M50S		
Medium	1 47 0		
Finis	2 47 10		
Duratio	2 0 20		
Digiti Ecliptici		4 50	

quæ tempora quam proxime cum obſeruationibus noſtris conueniunt.

Pragæ per Quadrantem Domini Joannis Friderici Hoffmanni fuit altitudo ⊙ in principio Eclipſis part. 60 Min. 43. Hinc prouenit in eleuatione Poli part. 50 Min. 4½ Tempus 0H47⅜ P. M.

Altit. ⊙ Meridiana obſeruata			
Pragæ	62 5		
Parallaxis		1 22	add.
Vera altitudo Solis	62 6 22		
Declinatio Solis	22 10 52		Sept.
Decl. noſtra ſupputata	22 18 35		
Differentia		7 43	
Altitudo Solis Meridiana			
noſtra ſupputata	62 12 43		
obſeruata	62 5 0		
		7 43	

tot ſcrupula addenda ſunt ad altitudinem obſeruatam Pragæ.

Alt. Solis ad Init. Eclipſis	60 35	
Scrupula addenda		7 43
Altitudo Solis correcta	60 42	43
Declinatio Solis	22 18	18
Complementum eleuationis poli	39 55	30
Angulus	11 51	24

Tempus H. 0 M. 47' 25⅔''.

	Iuxta calculum Regis Alphonſi erat	Ex calculo Nicolai Copernici
Initium	1 21	1 20
Medium	2 18	2 28
Finis	3 15	3 36
Digiti Eclipt.	7 32	6 43

Si Gratiæ in Styria in initio fuit azimuth ☉ a Meridie verſus occaſum part. 20½, vt habet Keplerus, colligitur inde tempus 0ʰ 40⅔′ præſuppoſita Poli altitudine partium 47.

Huius Eclipſis obſeruationem in Italia Bononiæ factam Dominus Johannes Maginus ibidem profeßor publicus hiſce verbis ad me transmiſit.

Principium fuit ante horam 17 horologij Italici decem circiter minutis. Nam ob nubiloſum cœlum Sol in initio non potuit conſpici, ſed coniectura id tempus aßecutus fui. Medium fuit hora 17 . 45′ circiter. Finis fuit ante horam 19 aliquantiſper, nam finis præciſe non patuit ob nubes. Sed hora 18¾ erat circiter ad dimidium punctum ipſa Eclipſatio. Eclipſatio fuit aliquanto minor deſcriptione mea, ſed digitorum circiter ſex.

Hinc colligitur in eleuatione Poli 44 part. fuiße Eclipſis Initium hora 0 . 23′ p.m. Medium limitatum Hora 1 . 22. Finis Hora 2 . 23′. Sicque tota duratio foret H. 2, quod ſatis conuenit cum obſeruatione hic Pragæ facta.

Differentia vero Meridianorum vtcunque citra parallaxium limitationem requiſitam hinc colligitur quaſi 22′ quamproxime, id eſt 5 gr. 30′. Eßet itaque longitudo Bononiæ 32½, præſuppoſita longitudine Pragenſi 38° 0′. Cum tamen iuxta noſtra priora ratiocinia differentia meridianorum dimidium gradum non poteſt attingere.

Hucusque obſeruationes huius anni continuaram in arce Bohæmiæ Benatika, verum poſtquam Cæſarea Maieſtas Pilſena, vbi per tres anni quadrantes propter peſtem abfuerat, Pragam reuerſus eßet, me clementißime eo acciri voluit, vbi poſtea tota anni reliqua parte manſi, cum mea familia habitans primum in ciuitatis parte Arci propinqua, vbi per quinque menſes nullas obſeruationes perficere licuit, eo quod nulla daretur commoditas. Inſtrumenta tamen mea Pragam translata erant, tum ea quæ Benaticæ habueram tum quæ interim Magdeburgo Lismeriſium[1] *allata ſunt, & omnia iußu Cæſaris primum diſpoſita ſunt in domo ipſius quæ iuxta Arcis hortum eſt a Ferdinando Cæſare magnifice exſtructa, vt ipſius Maieſtas ea commodius perluſtrare poßet, quod & ter factum eſt, vbi per duos menſes quieuerunt, donec Cæſar de oportuniore loco ijs proſpiceret. Neque etiam ſerenitas crebra affulſit hac tota æſtatis reliqua parte, ſed vt plurimum aër obſcurus & nubilus erat.*

MENSE DECEMBRI.

In domo Cæſaris horto vicina vbi inſtrumenta mea adhuc disponebantur, hæc in Sole ad Solſtitium Hibernum tendente obſeruabantur vt ſequitur.

DECEMBRIS DIE 11.

Altitudo Solis per Q. Volub.	*16*	*50*
per Q. Chalyb.	*16*	*50⅔*
per Sextantem	*16*	*51*

Accipiendo itaque obſeruationem per Quadr. Chalyb. factam inquiram hinc eleuationem Poli.

Alt. obſeruata	16°	50′	40″
Refractio		6	30 S.
Parallaxis		2	50 A.
Altit. vera	16	47	0
Vera longit. ☉	19	48	31 ♐
Reſp. Declinatio	23	7	55
Altit. Æquat.	39	54	55
Eleuatio Poli	50	5	5

DIE 13 DECEMBRIS.

Altit. ☉ per Volubilem	*16*	*42*
per Chalybeum	*16*	*42½*
per Sextantem	*16*	*43*

[1] Leitmeritz ad Albim fluvium, qui usque eo navigabilis erat.

Hoc die perpendiculis correctis deprehenſum, volubilem antehac 1′ minores iuſto præbuiße Altitudines. Id ergo ſi hic præcaueatur, erit

Altit. obſeruata	16	43	0	
Refractio		6	40	S.
Parallaxis		2	53	A.
Altitudo vera	16	39	13	
Verus locus ⊙	21	51	3	♐
Reſp. Declinatio	23	16	20	
Hinc eleuat. Poli	50	4	27	

DIE 14 DECEMBRIS.

Per Volubilem	*16 38½*
Per Chalybeum	*16 39⅛*
Per Sextantem	*16 40*

Quoniam vmbram perexiguam hodie ⊙ in Meridie propter nebuloſum aërem ſpargebat, ad viſum per pinnacidiorum rimulas obſeruatus eſt.

Altit. obſeruata	16	39	10	
Refractio		6	40	S.
Parallaxis		2	52	A.
Altitudo vera	16	35	22	
Verus locus ⊙	22	52	19	♐
Reſp. Declinatio	23	19	50	
Eleuatio Poli	50	4	48	

DIE 27 DECEMBRIS.

Altit. merid. ⊙ per Volub.		16	37⅔	
per Sextantem		16	38½	
per Chalyb.		16	36⅓	
Altit. obſeruata	16	38	0	
Refractio		6	45	
Parallaxis		2	50	
Altitudo vera	16	34	13	
Verus locus ⊙	5	8	7	♑
Reſp. Declinatio	23	22	55	
Eleuatio Poli	50	2	52	

DIE 29 DECEMBRIS.

Altit. ⊙ merid. Chalybeo		16	43¼	
Refractio		6	45	
Parallaxis		2	58	
Altitudo vera	16	39	28	
Verus locus ⊙	8	12	8	♑
Reſp. Declinatio	23	16	12	
Eleuatio Poli	50	4	20	

DIE 30 DECEMBRIS.

Altit. ⊙ merid. Chalybeo		16	46⅝	
Refractio		6	45	
Parallaxis		2	58	
Altitudo vera	16	43	3	
Verus locus ⊙	9	13	28	♑
Reſp. Declinatio	23	12	12	
Eleuatio Poli	50	4	45	

OBSERUATIONES LUNÆ.

Calculus Eclipſeos Lunaris Die Solis mane, Die 30 Januarij Anni 1600 futuræ, iuxta reſtitutionem motus vtriusque Luminaris, ad Longitudinem loci 38⅝ Benaticæ.

Vera ☍ Luminarium Vraniburgi inuenta eſt Die 29 H. 19 M. 30 reſpectu temporis medij. Id quod ex ſequentibus motibus ad idem tempus ex reſtitutis Tychonianis Tabulis comprobatur.

Simplex ⊙	10ˢ	8°	43′	0″
Apogæum ⊙	3	5	39	0
Anomalia ⊙	7	3	4	0
Proſtaph. ⊙		1	9	16
Verus Locus ⊙		9	52½	♒
Simplex ☾ a ⊙	5	26	39	58
Anomalia ☾	9	34	39	7
Motus Latitudinis ☾	6	5	43	50

Pro vero Loco ☾

Duplex Long. ☾ a ⊙	11ˢ	23°	39′	56″
Reſp. Æquatio Centri ſubt.			5	0
Variatio annua ſubt.			1	50
Proſtaph. 2 Epicycli ſubt.		1	34	15
Scrupula proportionalia				12
Anomalia ☾ coæquata	9	23	4	52
Proſtaph. primi Epicycli		4	25	10
Exceßus		2	15	6
Pars congruens				25
Proſtaph. correcta add.		4	25	35
Proſtaph. vltimo abſoluta		4	18	45
Vera Longitudo ☾ a ⊙	6	1	8	43
Verus locus ☾		9	51	43 ♌
Locus ⊙		9	52	15 ♒
Differentia				32

Reſp. quaſi vnum minutum temporis addendum. Ergo tempus veræ ☌ Vraniburgi H. 7 M. 31. Differentia Meridianorum inter Vraniburgum Daniæ & Benaticam Bohemiæ 9 M. addend. Æquatio temporis ſubt. 7 M.

Ergo tempus veræ ☌ ſeu medij deliquij Benaticæ Die 30 Januarij mane H. 7 M. 33.

Pro quantitate Eclipſeos.

Motus Latitudinis	6ˢ	5°	43′	50″
Proſtaph. Nodorum ſubt.			10	30
	6	5	33	20
		4	18	45
Verus M. Latitudinis	6	9	52	5
Reſp. Scrupula Latitud.			51	8
				Mer.
Semidiameter vmbræ corr.			39	0
Semidiameter ☾			16	38
Aggregatum ſemidiametrorum			55	38
Ergo minuta defectionis			4	30

Hoc eſt digit. 1⅛ fere.

Arcus viæ ☾ a principio deliquij ad medium 22′ 5″

Reſp. in tempore 45′ 24″

Eſt itaque initium H. 6 47⅗′

Medium H. 7 33

Finis qui non viſitur H. 8 18⅖

Tabulæ Prutenicæ dant Medium Eclipſeos H. 6 46′ et quantitatem maxim. fere 3 digit.

Sol oritur refracte H. 7⅝.

Ergo ab initio Eclipſeos ad ortum ☉ 36 M. Horæ. Tranſitus ☾ᵉ per Nonageſimum Gradum Eclipticæ Die 29 Januarij H. 12 34′ noctis.

Aſcenſio recta ☉ˡⁱˢ 311° 40′.

NOCTE SEQUENTE 4 FEBRUARIJ.

Obſeruabatur ☾ quæ die ſequente horis 20 a Meridie erat in □ ☉. Fuit autem circa tempus harum obſeruationum ☾ iuxta 90 gradum Eclipticæ ab Horizonte, quoniam cornua verſus Zenith porrigebat, ideoque euidenter parallaxin Longitudinis ingerere non potuit.

H. M.	Diſtantia ☾ & ♀	Alt. ♀	Alt. inf. limb. ☾
7 14	69 20	17 32	11 25
7 16	69 19⅜	17 38	12 20
7 18	69 19⅜	17 48	12 10
7 21	69 19⅜	17 52	12 5

In diſtantijs ☾ a ♀ capiebatur eius orientalis limbus, qui erat plenior, ideoque pro diſtantia centrali addenda 15 proxime minuta. In altitudine vero ſumebatur limbus inferioris cornu per Quadrantem Volubilem. Quare etiam altitudinibus ſingulis quarta gradus pars apponenda erat. Tempora harum obſeruationum poßunt verificari ex altitudinibus ♀, cuius loca quoad Longum & Latum ex antecedentibus obſeruationibus ſupputata, Latitudo autem ☾ per calculum noſtrum indaganda eiusque Declinatio; nullæ enim ſtellæ apparebant, vnde hæc deriuari poterant.

DIE 6 FEBRUARIJ, MANE.

Obſeruaui ♄ & ☾ iuxta Merid. vt ſequitur.

4ᴴ35ᴹ Tranſiuit ♄ per Meridianum, fuit tunc altitudo eius 31 11½

4 40¾ Tranſiuit merid. inferius cornu ☾ quod verſus occaſum 21 9

4 44 Tranſiuit orient. limbus ☾ per merid. Altit. ſuper. cornu tunc fuit 21 36

4 47⅝ Repetita infer. limbi alt. 21 7 ſed ☾ tunc parumper prætergreßa Meridianum.

Dispoſitio & forma ☾, cum in meridiano eßet, fuit talis.



Ergo a tranſitu occidentalis limbi ſiue inferioris cornu ad medium ſiue centrum ☾ eſt fere tanta in tempore differentia atque a centro D in C occidentalem limbum, ſed minus quaſi pro tertia parte, vnde ſic patebit Differentia aſcenſionalis centri ☾ & ♄. Differentia in tempore eſt 5′ 48″, facit in motu primo & vniuerſali G. 1 M. 27, ad vltimum vero, quando orientalis limbus 9′ 0″ faciunt G. 2 M. 15, Diff. 48′, quorum tertia pars eſt 16 Min., quæ addenda ad differentiam Aſc. tranſitus cornu inferioris. Itaque diff. Aſc. ♄ & ☾ G. 1 M. 43 vel ad ſummum 44.

Per pinnacidium nouum rectificatum ad Spicam & Cor ☊ per 54° 2′.

DIE 9 MARTIJ, MANE.

Circa 7 Mat. ☾ exiſtens in Meridiano iuxta principium ♑ habuit per Quadr. Volub. Altitudinem

Superioris Cornu	*13° 14′*
Inferioris Cornu	*12 42*
Differentia Diametri	*0 32*
Altitudo centri ☾	*12 58*

Iuxta noſtrum calculum fuit tunc ☾ in ♑ 1°24½′, Latitudo 2 21 8M.
Parallaxis Altitudinis 54 40
Debuit eße altitudo ☾:

2	*21*		
23	*31*		
25	*52*	*25*	*51*
39	*41½*		*55*
13	*49½*	*24*	*56*
	54	*40*	*39* *41*
14	*44*	*14*	*45*

DIE 21 MARTIJ, VESPERI.

Fuit ☾ in quadratura in maxima remotione vtriusque epicycli.

Cum iam tranſiuißet meridianum & gradum 90

Diſtantia occid. limbi ☾ a ♃	41°	8½′
Alt. ſup. cornu tunc erat	54	28
Aldeboræ altit.	30	2
Diſt. repetita	41	7½
Altit. Aldeboræ	29	23⅔
Diſt. repetita	41	7½

[1] Codex habet: Corde.

DIE 23 MARTIJ.

Veſperi poſt occaſum ☉ paulo antequam ♂ tranſiret Meridianum, fuit ☾, quæ iam quadraturam per biduum fere exceßerat, in Meridiano, habens Altitudinem quoad ſupremum cornu 60°24′

8H14M Diſt. occid. limbus ☾ a luc. pede ♐	24	23
Altit. Aldeboræ	28	42½
8 18 Diſt. repetita	24	24½
Altit. Aldeboræ	28	3
8 22 Diſt. repetita	24	25
Altit. Aldeboræ	27	17

Poſtea vice verſa accipiebatur a Corde ☊ vt ſequitur.

8 35 Diſtabat ☾ a Corde ☊ quoad occid. limbum ☾.	26	54
Fuit tunc altit. Caudæ ☊	43	31½
8 41 Repetita	26	53
Altit. Caudæ ☊	44	15

DIE 25 MARTIJ, VESPERI.

9H18M Tranſiuit occid. limbus ☾ ſuper. per Merid. habens Alt. 51°26½′
Altitud. infer. limbi ☾ 50 57
Diſtabat tunc occid. limb. a Cauda[1] ☊ 27 42
9 28⅔ Tranſibat Cor ☊ per Merid. 53 35⅔

	Diſt. ☾ a luc. pede ♐		Altit. luc. ped. ♐	
9 32½	49	23	34	53
9 36½	49	24½	34	28
9 39½	49	25½	34	11
9 41½	49	26¼	33	48
Vice verſa ☾ a Cauda ☊.				
9 54	27	33⅚	31	53
9 57	27	31⅚	31	27

Poſtea ☾ appropinquans 90 G. obſeruabatur hoc modo.

	Diſt. ☾ a lucid. ped. ♐		Alt. luc. ped.	
10 28	49	37	26	11
10 31½	49	39	26	0
10 33½	49	40	25	50
Vice verſa ☾ a Cauda ☊.				
10 42	27	18	24	31
10 47¾	27	36	23	28

Deinde nihil in ☾ vlterius hac veſpera obſeruatum, ſiquidem iam 90 ab Ecliptica gradum tranſierat.

DIE 20 APRILIS, VESPERI.

7ʰ17ᵐ	Diſt. limbi occid. ☾ a ♃	6° 33′
7 18⅔	Repetita	6 32½
7 21	Repetita	6 31½
7 25⅓	Diſt. limbi occid. a Corde ♌	18 19
7 28⅓	Repetita	18 16
7 30½	Repetita	18 15⅚

Altit. Arcturi orientalis 30° 40′, reſp. 7ʰ32½′

	Diſt. occid. limbi ☾ ab infer. cap. ♐	Altitudo Arcturi
7 33⅓	18[1] 16 dubia	31 25⅙
7 36	18[1] 13	31 50⅙
7 38⅔	20 8⅓	32 20½
7 40½	20 10⅓	32 40
	Diſt. occ. limbi ☾ a Cane minore	
7 44⅚	21 14	33 18
7 45⅙	21 15½	33 30½
7 47⅚	21 15⅔	33 46

Pro vero loco ☾ ex his obſeruationibus. Primo ab omnibus diſtantijs pro parallaxi inſtrumenti ſubtrahe 1½′.

A Procyone	Longitudo ☾	6° 23′ ♌
A Corde ♌		6 20 22″
Erit ergo Longit. ☾ limitata		6 21⅓
Latitudo Merid.		1 33 40

DIE 28 MAIJ, MANE.

Poſt mediam noctem antecedentem.

Obſeruaui ipſemet e feneſtra cubiculi Lunam plenam (erat enim plenilunium paulo poſt mediam noctem antecedentem) per ſesquialteram circiter horam non longe remotam a Corde ♏, ita vt eandem vnam haberet cum illa ſtella Latitudinem per lineam a ſtella ☾ centraliter tranſeunte. Attendendo autem diligenter quoad viſum diſtabat orientalis limbus ☾ a dicta Anthanoris ſtella per tres diametros ſui Corporis, ita vt centri ☾ diſtantia fuerit quaſi P. 1 M. 50, vel ad ſummum partium duarum, poteris probabiliter aßumere P. 1 55′. Fuit itaque viſibilis coniunctio horis circiter 4 prius, & poterat ☾ eclipſare Anthanorem. Vt autem tempus huius animaduerſionis conſtaret, attendi ad lineam Meridiej per feneſtram prius cognitam, & vidi quod Caput Ophiuchi tunc eßet iuxta Meridianum. Erat itaque quaſi hora prima a media nocte. Potes hæc alias ſcrupuloſius examinare.

OBSERUATIONES SATURNI.

NOCTU QUÆ PRÆCEDEBAT 1 JANUARIJ.

Diſtantia ♄ a Lance Borea	17°	30½′	
Repetita	17	29⅔	
Repetita	17	30½	
Vice verſa Diſt. ♄ a Spica ♍	10	12	
Repetita bis	10	12	
Altitudo ♄ Merid.			
per Volub.	31	24⅚	
Aſc. R. ♄ e Spica	206	20	30
ex lance	206	13	34
limitata	206	17	2
Verus locus ♄	♎ 27	21	46
Latitudo	B. 2	28	5

[1] Debet eße 20°.
[2] 98 ϰ Virginis.

NOCTE QUÆ PRÆCESSIT 20 JANUARIJ.

Inſtante crepuſculo matutino obſeruabatur Diſt. ♄ a Spica ♍ 10 59

Nec plura ea nocte obſeruari poterant in ♄, quia nubibus mox inducebatur cœlum atque inſtabat diluculum matutinum. Videbatur autem ♄ ſtella in ea linea recta, quæ ducitur ab auſtraliore in fimbrijs veſtimentorum ♍ vsque in ſupremam & Borealiorem ſtellam in ala Corui. Eſt autem hæc ſtella hoc anno in 28° 50′ ♎, Latitudo 2° 57½′[2].

NOCTE PRÆCEDENTE
22 IANUARIJ.

H. 3½ videbatur ♄ vti & ante biduum in eadem linea recta cum infima & Auſtrali in fimbria ♍ cui vicinus erat, tendente ad ſupremam alæ Corui, eratque ♄ ſtella occidentalior, diſtans ab ea per Radium 0°36½'.

Poſtea ſumebatur diſtantia ♄ a 3 in ala ♍	23	37 bis
Et diſt. ♄ a Spica ♍	11	2 ter
Eiusdem a lance auſtrali ♎	11	23 bis
Atque hæc fiebant antequam Spica tranſierat Merid. in Altit.	30	42⅓
Altit. merid. ♄ obſeruabatur	31	12⅔
Altit. merid. lancis auſtr.	25	30

NOCTE PRÆCEDENTE DIEM
24 IANUARIJ.

Diſt. ♄ a 3 Alæ ♍	23	45½
Eadem repetita	23	45⅚
Eadem 3 repetita	23	45⅚
Diſt. ♄ a lance Boreali ♎	16	29½
Eadem repetita	16	29⅓
Eadem repetita	16	29½
Diſt. ♄ a Spica ♍	11	4½
Eadem repetita	11	4⅔
Eadem tert. repetita	11	4½
Diſt. ♄ vice verſa a lance Auſtr. ♎	11	3
Eadem repetita	11	3
Eadem tert. repetita	11	3
Altit. Spicæ ♍ meridiana	30	38⅚
Altit. ♄ meridiana	31	10⅙

Quæ verificari & limitari poteſt iuxta Altitudinem Spicæ inuentam[1].

NOCTE QUÆ PRÆCEDEBAT
3 FEBRUARIJ.

Diſtantia ♄ a Spica ♍	11	15
Repetita bis	11	15
Diſt. ♄ a lance boreali ♎	16	18⅓
Repetita bis	16	18⅓
Altit. meridiana ♄	31	5⅔

DIE 3 FEBRUARIJ.

Obſeruabatur ♄ ſtationi primæ intra biduum vel triduum appropinquans.

Altit. ♄ merid.	31°	7⅓'
Limitata	31	6 37"
Diſt. ♄ a Spica ♍	11	12
Repetita bis	16	18⅔
Limitata	16	19⅙

Ex his poteſt locus ♄ inquiri iuxta ſtationem primam ad comprobandam parallaxin orbis, prout vocat Copernicus, ſiue motu centri annuo iuxta noſtras Hypotheſes.

NOCTE SEQUENTE 4 FEBRUARIJ.

3ʰ 52ᵐ		Altit. Merid. Spicæ ♍	30 41⅓
4	39½	Altit. Merid. ♄	31 9⅔
		Limitata	31 8 57
4	45	Diſt. ♄ a Spica ♍	11 14⅔
4	53	Repetita	11 14⅔
		Repetita	11 14⅔
5	23½	Diſt. a lance Borea	16 18
		Repetita	16 18 bis
5	38	Diſt. ♄ a Corde ♌	64 29 ter

Hæc diſtantia inter 5 minuta temporis ter repetita, & eadem prorſus inuenta capiebatur per pinnacidium nouæ inuentionis in medio radii Sextantis. Quia vero, vti antea quoque innui, illud nondum erat ſatis exquiſite diſpoſitum ac rectificatum, poterit hæc diſtantia abundare 3 minutis, quemadmodum antea quoque fecit in capiendo remotionem Spicæ & Cordis ♌, vt ſit verior diſtantia 64°26'[2].

DIE 6 FEBRUARIJ, MANE.

Obſeruabatur ♄ & ☾ iuxta Meridianum vt ſequitur.

4ʰ 35ᵐ		Tranſiuit ♄ per Merid., fuit tunc Altitudo eius	31 11⅓
5	37	Diſt. ♄ & Cordis ♌	64 17
5	39⅓	Eadem repetita	dubia
5	41⅙	Eadem repetita	64 16
		Fuit tunc Altit. Reguli	17 50
5	45	Eadem repetita	64 15½
5	48	Diſt. ♄ a luc. Ceruic.	64 27½
		Fuit tunc Alt. Ceruic. ♌	25 3
5	50	Eadem repetita diſt.	64 26½
5	58⅓	Eadem tertio repetita	64 28

[1] Obſervationes diſtantiæ ☿ a ♄ infra inter obſervationes ☿ invenies.
[2] Deinceps obſervata eſt diſtantia ☿ a ♄. Vide infra.

♄ fuit inter rariuſculas nubes tempore harum obſeruationum, ideoque præciſius accipi non potuit, ſed pone diſt. a Corde ♌ 64°27½'. Lucida Ceruicis nullam ingeßit ſenſibilem refractionem.

5ʰ58ᴹ Altitudo Lucid. Ceruicis 21 35

Hinc correctum eſt horologium & tempora omnia antecedentia ſunt ſatis correcta.

DIE 19 FEBRUARIJ MATUTINO TEMPORE.

Diſtantia ♄ a lance ♎ Borea 16 24⅓

Quæ diſtantia, licet ſemel tantum accepta ſit, propter nubes impedientes, fuit tamen ſatis exacta, poteſtque cum antecedentibus & ſubſequentibus obſeruationibus conferri, Declinatione vel Latitudine ♄ aliunde huc applicata. Poſtea totum cœlum obnubilabatur, vt nihil vlterius obſeruare licuerit.

DIE 22 FEBRUARIJ INCIPIENTE, MANE.

Altit. merid. Lucidæ in lumbis ♌	62 24⅓
Altit. merid. Caudæ ♌	56 30⅚
Altit. merid. 3 alæ ♍	40 28½
Altit. merid. Spicæ ♍	30 40⅓

Poſtea obſeruabatur ♄ vt ſequitur.

H. 3½ Tranſiuit ♄
per Merid. habens Altit. 31 19 37

Paulo antequam tranſiret ♄
per Merid. ſumebatur diſt. eius

a Spica ♍	I. 11	5½
Eadem repetitia	II. 11	5⅛
Repetita	III. 11	5½

Vice verſa.

Diſt. ♄ a Borea lance ♎	I. 16	28
Repetita	II. 16	28
Repetita	III. 16	28

N. B. ♄ erat paulo poſt ſtationem in principio retrogradationis.

DIE 23 FEBRUARIJ, MANE.

Altit. Spicæ ♍ meridiana	30 40⅙
Diſt. ♄ a Spica ♍	11 3⅚
Diſt. eadem repetita	11 3⅚
Repetita inter nubes	11 4⅓
Altit. merid. ♄	31 20⅚

Vice verſa.

Diſt. ♄ a lance Bor. ♎	16 29
Eadem repetita	16 29⅙
Eadem repetita	16 29⅓

Verum hæc omnia inter nubes capiebantur.

Præſtolabamur tunc per integram horam adhuc, vsque dum ♀ oriebatur, an forſan ſerenitas aliqua affulgeret, ſed incaßum.

Inueſtigatio veri loci Saturni ex antecedentibus obſeruationibus.

Dies Februarij	Ang. diff. aſcenſionalis		Hinc colligitur Aſc. Recta ♄ limitata	Declinatio ♄
4	Ex Spica ♍	11 19 32		
	Ex lance Bor.	16 28 4	207 24 37	8 34 53 M.
5 mane Hora 4½	Ex Spica	11 25 57		
	Ex lance Bor.	16 27 24	207 26 5	8 32 33 —
6 Hora 5 matutina	Ex luc. ceruic. ♌	58 0 54		
	Ex Corde ♌	60 43 23	207 27 30	8 30 53 —
22 Hora 4 matutina	Ex Spica	11 12 10		
	Ex lance Bor.	16 37 16	207 16 11	8 21 53 —
23 mane	Ex Spica	11 10 45		
	Ex lance Bor.	16 38 11	207 15 10	8 28 13 —

Summaria recapitulatio calculi Saturni ex obſeruationibus præcedentibus.

Dies	Longitudo Obſeruata	Alphonſina	Copernicæa	Differentia Alphonſina	Copernicæa
4	♎ 28G30M44S	♎ 29G11M	♎ 29G13M	40M16Splus	42M16Splus
5	28 31 31	29 11	29 14	39 29 plus	42 29 plus
6	28 32 17	29 11	29 13	38 43 plus	40 43 plus
22	28 18 44	28 59	29 4	40 16 plus	45 16 plus
23	28 16 58	28 57	29 2	40 2 plus	45 2 plus

Dies	Latitudo Obſeruata	Alphonſina	Copernicæa	Differentia Alphonſina	Copernicæa
4	2G34M20SS	2G40MS	2G34MS	5M40Splus	0M20Sminus
5	2 37 3 S	2 40 S	2 34½ S	2 57 plus	2 33 minus
6	2 39 6 S	2 41 S	2 35 S	1 54 plus	4 6 minus
22	2 43 36 S	2 48 S	2 41½ S	4 24 plus	2 6 minus
23	2 44 44 S	2 48 S	2 42 S	3 16 plus	2 44 minus

DIE 3 MARTIJ, MANE.

Diſt. ♄ a Spica ♍ 10° 49′
Repetita 10 49

Vice verſa.

Diſt. ♄ a lance Borea 16 48½
Repetita 16 50
Repetita 16 48½
Altit. merid. ♄, ſed dubia propter nubes 31 23½
Ideoque pro Latitudine eius ſumebatur
Diſt. ♄ a luc. Coronæ 42 21
Repetita 42 21

Denſæ tum nubes obtegebant cœlum, quæ, quominus ♀ obſeruaretur, obſtaculo erant.

DIE 16 MARTIJ, MANE.

Quia nubes denſiuſculæ poſt mediam noctem hucusque cœlum obduxerant, Altit. ♄ merid. veluti & Spicæ haberi non potuit.

4H13M Diſt. ♄ a lance Borea 17° 25′
4 20 Diſt. repetita 17 25
4 22 Repetita 17 25

Vice verſa.

4 25 Diſt. ♄ a Spica ♍ 10 14
4 28 Repetita bis 10 14
4 31 Diſt. ♄ a lucida Coronæ Gnoſiæ 42 27

Et quamuis diſt. hæc difficulter admodum propter Sextantis ſitum ferme perpendicularem accipiebatur, bis tamen reiterabatur 42 27⅓

DIE 25 MARTIJ, VESPERI.

Diſt. ♄ a Spica ter idem 9 43
Altit. ♄ Merid. 32 0⅙
Diſt. ♄ a lance Bor. ter idem 18 1
Declin. ♄ merid. 7 41⅓
Diff. aſc. ex Spica 9 42 6
Aſc. R. ♄ 205 45 28
Diff. aſc. ex lance 18 9¾
Aſc. R. ♄ 205 44⅔
Aſc. R. ♄ limitata 205 45 5
Longitudo ♄ 26 39 40 ♎
Latit. ſeptent. 2 49 9

DIE 4 APRILIS.

Nocte ſequente
12H30M Altit. ♄ merid. 32° 13′
12 58½ Diſt. ♄ a Spica ♍ 9 4
1 0 Diſt. repetita 9 4
1 5 Repetita 9 4

Vice verſa.

1 8 Diſt. ♄ a Lance ♎ Bor. 18 50
1 10½ Diſt. repetita bis 18 50
Alt. Lancis Auſtr. Merid. 25 24⅓

Prouenit ex his obſeruationibus, ſublatis antea a diſtantijs 2½′ quibus Sextans abundat:

Declinatio 7 45 Auſtr.
Aſc. R. ♄ 205 5 35
His reſpondet
verus locus ♄ 26° 5′ 6″ ♎
Latitudo 2 31 37 B.

DIE 7 APRILIS, VESPERI.

9H53M	Diſt. ♄ ab Arcturo	29°	2⅔′
9 57½	Repetita	29	3
9 56½[1]	Repetita	29	3
9 58	Diſt. ♄ a Spica ♍	8	55
10 2½	Repetita	8	55
10 4	Repetita	8	55
10 8	Diſt. ♄ a 3 alæ ♍	21	11½
10 12	Repetita	21	11½
10 17	Tranſibat Cauda ♌ per Merid.	56	31
11 15	Alt. tertiæ alæ ♍ mer.	30	39⅓[2]
12 34	Altit. ♄ merid.	32	19
12 39	Diſt. ♄ a Lance Borea	18	49⅓
12 40½	Diſt. repetita	18	49⅓
12 43	Diſt. repetita	18	49⅓

Ab auſtrali Lance propter nubes accipi non poterat.

DIE 10 APRILIS.

12H41M	Altit. ♄ Meridiana	32	24¼
12 51	Diſt. ♄ a Spica ♍	8	43⅚
12 53	Repetita	8	43⅚
12 54½	Repetita	8	44
	Vice verſa.		
12 57	Diſt. ♄ a Lance Borea	19	1⅔
1 1	Repetita	19	1⅚
1 3	Repetita	19	1⅚
1 15	Altit. merid. Lancis Auſtrinæ	25	23½
1 20	Diſt. ♄ a tertia alæ ♍	20	56¾
1 21½	Diſt. repetita	20	56¾
1 24	Repetita	20	56¾
	Vice verſa.		
1 26	Diſt. ♄ a lance Auſtr.	14	12
1 27½	Repetita	14	12
1 29	Repetita	14	12
Altit. Merid. lancis Boreæ		31	51⅔

DIE 11 APRILIS, VESPERI.

11H50M	Altit. merid. Spicæ ♍	30	40⅔
12 29	Altit. merid. ♄	32	25⅚
1 14	Alt. mer. lancis Boreæ	31	51⅔
1 23	Diſt. ♄ a tertia alæ ♍	20	48⅙
1 26	Diſt. repetita	20	48⅙
1 29	Diſt. repetita	20	48⅙
1 32½	Diſt. ♄ a Spica ♍	8	37⅙
1 34	Repetita	8	37⅙
1 35	Repetita	8	37⅙
	Vice verſa.		
1 41	Diſt. a lance Borea	19	11
1 42½	Repetita	19	11
1 43	Repetita	19	11
1 44	Diſt. ♄ a lance Auſtr.	14	19
1 47	Repetita	14	19
1 49	Repetita	14	19

DIE 12 APRILIS, VESPERI.

Altit. merid. tertiæ alæ ♍		40	29⅓
Altit. merid. Vindemiatricis		52	50
Altit. merid. Spicæ		30	40⅔
12H21M	Altit. Merid. ♄	32	28⅙
12 32	Diſt. ♄ a tertia alæ ♍	20	45½
12 37	Repetita ter	20	45½
12 39	Diſt. ♄ a Spica ♍	8	35
12 41	Repetita ter	8	35
	Vice verſa.		
12 43	Diſt. ♄ a lance Borea	19	14⅚
12 47	Repetita bis	19	14⅚
12 58	Diſt. ♄ a lance Auſtrali	14	22
1 1	Repetita bis	14	22

DIE 13 APRILIS, VESPERI.

11H22M	Altit. Merid. tertiæ alæ ♍	40	28⅓
12 8	Altit. Spicæ ♍ merid.	30	40⅚
12 20	Altit. ♄ merid.	32	30
12 27	Diſt. ♄ a tertia alæ ♍	20	41⅔
12 29½	Repetita	20	41⅔
12 31	Repetita	20	41⅔
12 35	Diſt. ♄ a lance Borea	19	20
12 37	Repetita	19	20
12 39	Repetita	19	20
12 42	Diſt. ♄ a Spica ♍	8	31⅔
12 44	Repetita	8	31⅔
12 45½	Repetita	8	31⅔
12 49	Diſt. ♄ a lance Auſtr.	14	25
12 51	Repetita	14	25
12 53	Repetita	14	25

DIE 14 APRILIS.

10H55M	Alt. mer. tertiæ alæ ♍	40°	28⅓′
11 23	Diſt. ♄ a tertia alæ ♍	20	35
11 25	Repetita	20	35
11 27	Repetita	20	35
11 30	Diſt. ♄ a Lance Bor.	19	22
11 32		19	22
11 35		19	22

[1] Sic in codice.

[2] Hæc eſt altitudo Spicæ, quæ tamen 1h 35m poſt Caudam Leonis meridianum tranſivit.

11	39	Diſt. ♄ a Spica ♍	8	28½
11	40	Repetita	8	28½
11	42	Repetita	8	28½
11	45	Diſt. ♄ a Lance Auſtr.	14	29⅛
11	47	Repetita	14	29⅛
11	49	Repetita	14	29½
11	50	Altit. Spicæ merid.	30	40⅝
12	40	Altit. ♄ merid.	32	31⅜

Die ſequente 15, quo ♄ erat in ☍^to^ medij loci ☉^lis^, non fuit ſerenum.

DIE 16 APRILIS.

Quamuis non admodum ſerenum fuit, tamen hæc capiebantur ab Hora 10½ vsque in 10⅝.

Diſtantia ♄ a Spica 8° 19⅙′ ter

Ab hora 10¾ vsque ad ⅝ ♄^ni^

		diſt. a tertia alæ ♍	20	24⅓ ter
10^H^	51^M^	Altit. merid. 3^tiæ^ alæ ♍	40	28⅓
11	24	Altit. merid. Spicæ	30	40½
11	48	Altit. merid. ♄	32	34⅝ dubia

Poſtea propter nubes magis magisque incraßatas ♄^nus^ vlterius & vice verſa obſeruari non potuit hac nocte, neque etiam nimium anteſignatis obſeruationibus fidendum, quia non fuit ſatis ſerenum, ſed conferendæ ſunt antecedentium & ſequentium dierum exactiores animaduerſiones.

DIE 17 APRILIS, VESPERI.

11^H^	13^M^	Diſt. ♄ a 3^tia^ alæ ♍	20°	21⅛′
11	16	Repetita	20	21⅛
11	20	Repetita	20	21⅛
11	28	Alt. merid. Spicæ,		
		Quad. Volub.	30	40⅜
		Sext. orichalc.	30	38½
11	41	Diſt. ♄ a lance Borea	19	35½
11	43	Repetita	19	35½
11	46	Repetita	19	35½
11	50	Diſt. ♄ a Spica ♍	8	17
11	53	Repetita	8	17
11	55	Repetita	8	17
11	58	Alt. ♄ merid.		
		Quad. Volub.	32	36¾
		Sext. orichalc.	32	34⅝
12	6	Diſt. ♄ a lance Auſtr.	14	44
12	9	Repetita	14	44
12	11	Repetita	14	44

DIE 18 APRILIS, VESPERI.

11^H^	5^M^	Alt. merid. 3^tiæ^ alæ,		
		Quad.	40°	27⅓′
		Sextante	40	25
11	23	Diſt. ♄ a 3^tia^ alæ	20	18⅓
11	25	Repetita	20	18⅓
11	27⅓	Repetita	20	18⅓
11	30	Diſt. ♄ a Spica ♍	8	12½
11	32	Repetita	8	12½
11	35½	Repetita	8	12½
11	48	Tranſiuit Spica per Merid.		
		habens alt. per Q. Volub.	30	40½
12	2	Alt. mer. ♄ per Q. Vol.	32	38⅛
12	12⅓	Diſt. ♄ a lance Borea	19	39⅜
12	13⅝	Repetita	19	39⅜
12	15½	Repetita	19	39⅜

DIE 19 APRILIS.

10^H^	42^M^	Altit. merid. 3^tiæ^ alæ ♍	40°	27⅚′
11	22	Altit. Spicæ merid.	30	40⅝
11	32	Diſt. ♄ a 3^tia^ alæ ♍	20	13⅙
11	33½	Repetita	20	13⅙
11	35⅝	Repetita	20	13⅙
11	37½	Diſt. ♄ a Spica ♍	8	9⅚
11	39	Repetita	8	9⅚
11	42⅙	Repetita	8	9⅚
11	46	Diſt. ♄ a lance Borea	19	45
11	47½	Repetita	19	45
11	49	Repetita	19	45
11	50½	Diſt. ♄ a lance Auſtr.	14	52½
11	52	Repetita	14	52½
11	53⅓	Repetita	14	52½
12	0	Tranſiuit ♄		
		per Merid. habens Altit.	32	40

DIE 20 APRILIS, VESPERI.

10^H^	31^M^	Altit. merid. 3^tiæ^ alæ ♍	40	27⅔
11	14	Altit. merid. Spicæ ♍	30	40⅔
11	46	Altit. ♄ merid.	32	41½
		Diſt. ♄ a 3^tia^ alæ ♍	20	9⅚
		Repetita	20	9⅚
		Repetita	20	9⅚
		Diſt. ♄ a Spica ♍	8	6
		Repetita	8	5⅚
		Repetita	8	6
		Diſt. ♄ a lance Borea	19	48⅚
		Repetita	19	49
		Repetita	19	49
		Diſt. ♄ a lance Auſtrali	14	55⅙
		Repetita	14	55⅙
		Repetita	14	55⅙

DIE 27 APRILIS.

10H58M	Altitudo Spicæ merid.	30	40⅔
11 5	Diſt. ♄ a lance Bor.	20	18½
11 7	Repetita	20	18½
11 9	Repetita	20	18½

Vice verſa.

11 13	Diſt. ♄ a 3tia alæ	19	40
11 14½	Repetita	19	40
11 17	Repetita	19	40
11 27	Altit. merid. ♄	32	51⅚

Sequitur Calculus ♄. Subtr. 1½′ pro parallaxi inſtrumenti.

Dies	Hora	Declinatio	Differentia aſcenſionalis		Aſc. R. ♄	A. R. limitata
7	12 47p.m.		ex tertia alæ	19°36′39″	204°56′17″	
			e lance Bor.	18 59 25	204 55 0	204°55′52″
10			e Spica	8 38 57	204 42 19	
			e bor. lance	19 12 10	204 42 15	
			e tertia alæ	19 22 42	204 42 30	
11	12½	7 15 40 M.	e Spica	8 30 21	204 33 43	
			e lance bor.	19 19 3	204 35 22	204 34 32
			e tertia alæ	19 12 16	204 31 54	
			e lance auſtr.	12 40 8	204 33 37	204 34 5[1]
12	12⅓ p.m.	7 13 20	ex Spica	8 27 48	204 31 10	
			ex lance Bor.	19 23 12	204 31 13	204 31 12
			ex tertia alæ	19 10 25	204 30 3	
			e lance auſtr.	12 41 40	204 32 5	204 31 4
13	12	7 11 30	ex lance bor.	19 27 44	204 26 41	
			ex Spica	8 23 20	204 26 42	
			e tertia alæ	19 7 17	204 26 55	204 26 40
			ex lance auſtr.	12 45 9	204 28 36	
14	12	7 9 50	ex Spica	8 20 37	204 23 59	
			ex lance Bor.	19 30 3	204 24 22	204 24 10
			e tertia alæ	19 0 35	204 20 13	
			e lance auſtr.	12 49 0	204 24 45	204 22 29
						204 23 20
17	11 58p.m.	7 4 45	ex Spica	8 6 27	204 9 49	
			ex lance Bor.	19 43 26	204 10 59	204 10 24
			ex lance Auſtr.	13 3 10	204 10 35	
			ex tertia alæ		204 7 30	204 9 2
						204 9 43
18		7 3 20	ex tertia alæ	18 45 34	204 5 12	
			e Spica	8 2 29	204 5 51	
			e lance Bor.	19 48 26	204 5 59	204 5 55
20	11¾	7 0 0	ex Spica	7 54 15	203 57 37	
			ex lance Bor.	19 56 19	203 58 6	203 57 51
			ex 3 alæ	18 37 1	203 56 39	
			ex lance Auſtr.	13 12 58	204 0 47	203 58 52
						203 58 21
27	11½	6 49 40	ex 3 alæ	18 9 0	203 28 38	
			ex lance Bor.	20 25 42	203 28 43	203 28 30

[1] Adſcriptum eſt: »Hæc licet limitetur cum ſuperiori limitata, latitudinem tamen ♄ iuſto minorem exhibet. Si vero A.R. ex Lance Bor. proveniens retinetur, provenit Long. ♎ 25° 25′ 47″, Lat. 2° 48′ 5″ Sept.«

Summaria Recapitulatio Obſeruationum Saturni in Aprili habitarum circa oppoſitum cum Sole.

Aprilis Die	Longitudo Obſeruata	Alphonſina	Copernicæa	Differentia Alphonſ.	Copern.
7	♎ 25° 47′ 23″	26° 25′	26° 27′	37′ 37″ plus	39′ 37″ plus
10	25 32 58	26 9½	26 13½	36 32 plus	40 32 plus
11	25 25 47	26 5	26 7	39 13 plus	41 13 plus
12	25 20 52	26 0	26 2	39 8 plus	41 8 plus
13	25 16 18	25 55	25 57	38 42 plus	40 42 plus
14	25 12 50	25 50	25 52	37 10 plus	39 10 plus
17	24 58 31	25 35	25 38	36 29 plus	39 29 plus
18	24 54 8	25 30	25 33	35 52 plus	38 52 plus
20	24 45 28	25 20	25 23	34 32 plus	37 32 plus
27	24 14 32	24 45	24 49	30 28 plus	34 28 plus
	Latitudo			**Differentia**	
7	2 49 6 S.	3 1 S.	2 55 S.	11 54 plus	5 54 plus
10	2 49 10	3 2	2 55	12 50 plus	5 50 plus
11	2 48 5	3 2	2 56	13 55 plus	7 55 plus
12	2 48 44	3 2	2 56	13 16 plus	7 16 plus
13	2 48 49	3 2	2 56	13 11 plus	7 11 plus
14	2 49 15	3 2	2 56	12 45 plus	6 45 plus
17	2 49 14	3 2	2 57	12 46 plus	7 46 plus
18	2 48 56	3 2	2 57	13 4 plus	8 4 plus
20	2 49 7	3 2	2 57	12 53 plus	7 53 plus
27	2 48 4 S.	3 1 S.	2 56 S.	12 56 plus	7 56 plus

Diductio loci obſeruati ♄ in ☌ ſimplicis ☉lis Die 16 Aprilis Styli Noui H. 7 M. 18 tempore æquato & ad Meridianum Vraniburgicum reducto.

Inuentus eſt verus locus ♄ ex obſeruationibus 25° 6′ 33″ ♎, 2° 49′ 15″ Borea.

Eodem tempore fuit locus ☉ ſimplex ♈ 25° 5′ 18″. Differentia 1′ 15″. Motus diurnus ♄ aßumitur 4′ 50″. Itaque 1° 3′ 58″ dant 1ᴰ, quid 1′ 15″? Reſp. 23′. Ergo ☌ veri loci ♄ cum Simplici ☉lis facta eſt Die 16 Aprilis H. 7 M. 31 poſt Meridiem, quo tempore iuxta motum diurnum prius poſitum erit ♄ in 25° 6′ 27″ ♎, ☉lis Simpl. 25° 6′ 27″ ♈.

Calculus Longitudinis ♄ ad eius ☌ cum loco ☉lis medio A° 1600 Aprilis D. 16 H. 7 M. 31 P.M. iuxta reſtitutionem Tychonianam.

Longitudo ♄	2ˢᵉˣ 51ᴳ 10ᴹ 49ˢ	
Motus Apogæi	3 57 48 45	
Motus Commutat.	2 58 36 58	
Anom. Eccentri	4 53 22 24	
Proſth. Eccentri	5 32 0	add.
Scrup. proport.	14 0	
Motus comm. coæqu.	2 58 56 20	
Proſt. orbis corr.	7 19	add.
Exceßus	1 0	
Pars congruens	14	
Proſt. orb. abſoluta	7 33	add.
Vera Long. ab ♈	2 56 50 22	
Præceßio Æquin.	28 15 10	
Verus locus ♄	♎ 25 5 32	
Latitudo	2 49 15	Bo.

Quod ſi locus ♄ ab Eccliptica ſecundum quam obſeruatus eſt ad propriam orbitam redigatur, erit eius locus inibi ♎ 25° 6′ 10″, quod non ⅔ minuti a ſupputato loco differt, Latitudo 2° 49¼′ B. prout obſeruatio dedit, ſed limitata ex Spicæ veriori Altitudine & ſecundum Parallaxin 2° 49′.

Ephemerides præbent

Euerarti	19′ 33″	plus & Latit.	2° 59′
Prutenicæ	37 33	—	2 57
Alphonſinæ	34 33	—	3 2

Memineris vero, Eccentricitatis alterationem ex paruulo circello nondum eße hic adhibitum, quæ poteſt vnum vel ſesquialterum minutum ad ſummum inducere, de quo alias videndum.

Exactior recapitulatio obſeruationum ♄ni in Aprili habitarum circa oppoſitum cum ☉le.

Dies	Longitudo	Latitudo
7	♎ 25° 46′ 43″	2° 48′ 44 B.
10	25 32 13	2 48 52
11	25 27 23	2 48 57
12	25 22 28	2 49 1
13	25 17 33	2 49 6
14	25 12 43	2 49 11
17	24 58 13	2 49 16
18	24 53 28	2 49 7
20	24 43 58	2 48 50
27	24 13 22	2 48 35

N.B. Quia ♄ diſtat a limite Boreo quaſi 5°, poteſt eius Latitudo augeri adhuc ½′ æſtimatiue, vt ſit max. Bo. 2° 49½′ qua absque omni ſenſibili errore vti poteris. Sed reuidenda hæc denuo exactius & conferenda cum obſeruationibus Acronychijs antecedentis anni.

N.B. Quia Spicæ altitudo meridiana, ad quam ♄ altitudo limitabatur, quaſi dimidio minuto iuſto altior erat, iccirco poterat latitudo ♄ eße 2° 48¾′ B., quibus Parallaxis addit 15″, euadit itaque vera latitudo 2° 49′ Borea.

DIE 2 MAIJ, VESPERI.

Diſtantia ♄ a 3tia alæ ♍	19° 16′
Repetita bis	19 16
Diſt. ♄ a Spica ♍	7 23⅝
Repetita bis	7 23⅝
Diſt. ♄ a lance Borea	20 37
Repetita bis	20 37
Diſt. ♄ a lance Auſtrali	15 49
Repetita bis	15 49
10H 29M Altit. Spicæ ♍ merid.	30 40⅝
10 55 Altit. ♄ merid.	32 59⅝

DIE 3 MAIJ, VESPERI.

10H 18M Diſt. ♄ a 3tia alæ	19° 13½′
10 19½ Repetita	19 13½
10 22 Repetita	19 13½
10 25 Diſt. ♄ a lance Borea	20 45
10 27 Repetita	20 45
10 28 Repetita	20 45
10 31 Diſt. ♄ a Spica	7 21½
10 32 Repetita	7 21½
10 34 Repetita	7 21½
10 37 Diſt. ♄ a lance Auſtrali	15 52
10 39 Repetita	15 52
10 40 Repetita	15 52

Altit. merid. Spicæ ♍ propter nubes denſas capi non poterat.

10 51 Altit. ♄ merid.	33 1⅓

Nubes poſtea impediebant.

DIE 21 MAIJ, VESPERI.

Diſtantia ♄ a 3tia alæ ♍	18° 6⅓′
Repetita bis	18 6⅓
Vice verſa.	
Diſt. ♄ a lance Borea ♎	21 45
Repetita bis	21 45
Pro Latitudine	
Diſt. ♄ a lucida Coronæ Bor.	43 25
Repetita bis	43 25

Cum hæ diſtantiæ ♄ obſeruarentur, monſtrabat horologium horam 10¾.

Altitudo vero ♄ merid. capi non poterat propter tectum non rite factum & apertioni adhuc idoneum, ideoque diſtantia ſumebatur a Lucida Coronæ Boreæ.

DIE 26 MAIJ, VESPERI.

Cum ♄ eßet quaſi in Meridiano, obſeruabatur diſtantia eius a lucida Coronæ 43° 30⅝

Repetita	43 30⅝
Repetita	43 31
Diſt. ♄ a 3tia alæ ♍	17 52
Repetita bis	17 52
Vice verſa.	
Diſt. ♄ a lance Borea	22 0
Repetita bis	22 0

DIE 9 JUNIJ, VESPERI.

Altitudo meridiana ♄	33°	36′ 10″
Obſeruabatur Diſt. ♄		
a 3ᵗⁱᵃ alæ ♍	17	24
Repetita bis	17	24
Vice verſa.		
Diſt. ♄ a lance Borea	22	30
Repetita bis	22	30

Erat tum lanx Borea in merid.

DIE 26 JUNIJ, VESPERI.

9ᴴ31ᴹ	Diſt. ♄ a 3ᵗⁱᵃ alæ ♍	17°	12½′
9 32	Repetita	17	12½
9 37	Repetita	17	12½
9 40	Diſt. ♄ a lance Borea	22	40⅔
9 43	Repetita	22	40⅔
9 45	Repetita	22	40⅔
10 1	Diſt. ♄ a Vindemiatrice	21	57
10 3	Repetita	21	57
10 5	Repetita	21	57

DIE 27 JUNIJ, VESPERI.

Obſeruabatur ♄ hoc modo.

10ᴴ 8ᴹ	*Inter ♄ & Spicam per Radium minorem*	*3°*	*35′*

Sed non nimium fidendum huic obſeruationi.

10 16	*Inter ♄ & 3ᵗⁱᵃᵐ alæ ♍*	*17*	*13*
10 24	*Eadem repetita*	*17*	*13*
10 28	*♄ & lanx Borea*	*22*	*40⅔*
10 32	*Eadem bis repetita*	*22*	*41*

DIE 28 JUNIJ, VESPERI.

Obſeruabatur ♄ hoc modo.

9ᴴ 36½ᴹ	*Inter ♄ & 3ᵗⁱᵃᵐ alæ ♍*	*17°*	*13½′*
9 38	*Eadem repetita*	*17*	*13½*
9 38½	*Eadem tertio repetita*	*17*	*13½*
	Vice verſa.		
9 40	*Inter ♄ & lancem Boream*	*22*	*40⅓*
9 41½	*Repetita eadem*	*22*	*40⅓*
9 43	*Tertio repetita*	*22*	*40½*
	Pro latitudine ♄ⁿⁱ habenda.		
9 45	*Diſt. ♄ a Vindemiatore*	*21*	*59*
9 46⅓	*Repetita*	*21*	*59*
9 47	*3ᵗⁱᵒ repetita*	*21*	*59*

In ♄ⁿᵒ fiat experimentatio pro Parallaxi orbis examinanda. Eſt enim inter △ & □ Solis. Latitudo eius mediocriter bene ſe habet.

OBSERUATIONES IOUIS.

NOCTU QUÆ PRÆCEDEBAT 1 JANUARIJ.

Altitudo merid. ♃			
per Volub.	55°	6½′	
per Sextantem	55	6	
Duabus horis poſt tranſitum per merid., Diſt. ♃			
a Polluce	33	35⅙	
Repetita	33	35	
Repetita	33	35⅓	
Diſt. ♃ a Cauda ♌	27	30½	
Repetita	27	31⅓	
Repetita	27	30½	
Aſc. R. ♃ ex Polluce	143	34	38
ex Cauda ♌	143	30	45
limitata	143	32	42
Reſp. Longitudo	20	50	40 ♌
Latitudo	0	52	19 B.

NOCTE QUÆ PRÆCEDEBAT 5 JANUARIJ.

Mane vna hora ante tranſitum illius per Merid. ſumebatur			
Diſtantia ♃ a Polluce	33	18	
Repetita bis	33	18	
Diſt. ♃ a Cauda ♌	27	47	
Repetita inter nubes	27	46⅓	
Altitudo ♃ merid.	55	17⅓	
Aſc. R. ♃ ex Polluce	143	19	15
ex Cauda ♌	143	15	49
Reſp. Verus locus ♃	20	32	42 ♌
Latitudo	0	55	6 B.

NOCTE QUÆ PRÆCESSIT DIEM 20 JANUARIJ.

Quando Luc. in capite ♌ tranſiuit merid. in quo habuit altit. 65° 16′

tranſiuit paulo ante ♃		
habens alt.	55	49⅔
vnde diff. alt. ♃ & luc.		
in cap. ♌ pandit diſt.	9	26
Diſt. ♃ a luc. pede ♊	46	0
Diſt. ♃ ab infer. Cap. ♊	31	43⅙ ter
Fuit tunc Spica orient,	33	50
Diſt. ♃ a ſuper. Cap. ♊	35	16
Diſt. ♃ a Cauda ♌	29	5⅙ ter
Fuit tunc Spica ♍ orient.		
cum Cauda ♌ eßet in merid.		
habens altit.	56	31

NOCTE PRÆCEDENTE DIEM 22 JANUARIJ.

Circa horam 1½ iuxta horologium noſtrum ſpeculare, tranſiuit ♃ per merid. habens altit. 55° 49⅔′

Hora 2½ Diſt. inter ♃ & infer. ♊	39	28 ter
Hora 3 Inter ♃ & 3tiam alæ ♍	45	45⅚

NOCTE PRÆCEDENTE DIEM 24 JANUARIJ.

Diſt. ♃ a lucido pede ♊	40°	35⅙′
Eadem repetita	40	35⅓
Diſt. ♃ a Cauda ♌	29	32½
Repetita	29	32⅔
Repetita 3tio	29	32½
Erat tunc Cauda ♌ or.	39	56
Poſtea diſt. ♃ ab inf. Cap. ♊	31	17
Eadem repetita	31	17⅙
Eadem 3tio repetita	31	17⅙
Altit. ♃ merid. per Volub.	55	58⅓
Fuit tunc Cauda ♌ orient.	30	50
Diſt. ♃ a 3tia alæ ♍	46	3⅙
Eadem repetita	46	3
Repetita 3tio	46	3

NOCTE QUÆ PRÆCEDEBAT 3 FEBRUARIJ.

Altitudo merid. ♃	56	21½
Diſt. ♃ a Polluce	29	58⅓
Repetita ter	29	58½
Debuit eße	29	57⅚
Diſt. ♃ a Cauda ♌	30	41½
Repetita bis	30	41⅓

NOCTE SEQUENTE 3 FEBRUARIJ.

♃ qui intra triduum fiet Achronychius in ♂to ſimplicis ☉lis ſic obſeruabatur vt ſequitur.

Diſtabat ♃ a luc. pede ♊	44	11⅓
Repetita bis	44	11⅓
Limitata	44	11⅚

Præterierat tunc caput Hydræ meridianum quaſi integram horam.

Poſtea diſt. ♃ ab infer. Cap. ♊	29	51⅔
Repetita bis	29	51⅚
Limitata	29	52⅓

Aberat tunc lucida Hydræ a meridiano verſus ortum ferme vno gradu.

Mox ſumebatur diſt. ♃ a Cauda ♌	30	50
Repetita bis	30	50
Limitata	30	50½
Lucida Hydræ tunc fuit in meridiano. altit.	32	47⅓
Altitudo ♃ merid.	56	26⅚
Limitata	56	26⅙
Tranſibat eodem momento per meridianum lucidior in capite ♌ habuitque altitud.	65	17
Diſt. ♃ a 3tia alæ ♍	47	30 ter
Limitata	47	30½
Spica tunc tranſiuit merid. habens alt.	30	41⅓

NOCTE QUÆ SEQUEBATUR 4 FEBRUARIJ.

Altit. merid. ♃	56°	29⅔′
Altit. merid. antecedentis auſtralioris in Capite ♌	51	21⅔
Altit. merid. ſequentis in altero pede ♌	65	15¾

Capiebantur autem hæ tres altitudines ♃ & duarum in ♌ ferme eodem temporis momento, niſi quatenus numeratio interea facienda erat, & erat ♃ in linea recta, quæ per duas illas ſtellas ducitur, niſi quod diametro ſui corporis ſtellas illas verſus occidentem erat prætergreßus. Differentia igitur altitudinum pandit diſtantias ab inuicem, vnde etiam longitudo & latitudo ♃ conſtare poterit.

Diſt. ♃ ab infer. cap. ♊ 29 45⅙
Eadem repetita 29 45⅙
Repetita 3tio 29 45⅙
Altit. merid. Cordis ☊ 53 36⅔
Diſt. ♃ a Polluce 44 3⅙
Repetita bis 44 3⅙
Altit. lucidæ Ceruicis ☊ 61 32½
12H53⅔M Diſt. ♃ a Cauda ☊ 30 57⅔
12 54½ Repetita 30 57⅚
12 57 Repetita 30 57⅚
12 59 Repetita 30 57⅚
1 10 Diſt. ♃ a 3tia alæ ♍ 47 39
1 13½ 47 38
1 16 47 38
1 17½ 47 38
1 40⅔ Alt. merid. lucid. lumb. ☊ 62 24⅔
2 16 Altit. merid. Caudæ ☊ 56 30⅔

DIE 6 FEBRUARIJ.

Spica tranſijt per meridianum & ponebatur Horologium in H. 3 M. 48.
Altit. Spicæ merid. per Volub. 30° 41⅓′
Per Sextantem veterem 30 41½
Per horolog. mag.
3H58M Diſt. ♃ ab infer. Cap. ♊ 29 35⅔
4 1 Eadem repetita 29 35⅔
4 2½ Eadem repetita vt pr. 29 35⅔
4 7 Diſt. ♃ vice verſa 47 48
4 8½ a tertia alæ ♍ 47 48
4 10⅓ Eadem repetita 47 48
4 18⅙ 47 48
4 19½ 47 48

♃ erat iuxta ♂ ſimplicis ☉lis Acronychius. Declinatio eius peti poteſt ex heſterna obſeruatione.

DIE 9 NOCTE SEQUENTE.

Altit. ♃ Merid. 56° 43′

DIE 20 FEBRUARIJ.

Diſt. ♃ a Corde ☊ 9° 21⅚′
Repetita eadem diſt. 9 21⅚
Tertio repetita præciſe 9 21⅚
Iuxta H. 10 M. 10 diſtabat ♃
vice verſa a Luc. pede ♊ 42 2⅙
Secundo eadem diſt. rep. 42 2⅙
Tertio eadem diſt. repet. 42 2⅓
Quarto 42 2⅙
H. 11 Tranſiuit ♃
per Merid. habens altit. 56 51⅓
H. 11⅓ Tranſiuit Cor ☊
Merid. habens altit. 53 37
H. 11¾ Tranſiuit Luc. Ceruicis
Merid. 61 34⅓

Ex his duabus fixarum altitudinibus poßunt limitari altitudines Merid. ♂ & ♃ prius obſeruatæ, ſi quid ratione perpendiculi vitij habuerint.

Reliqua nocte non fuit ſerenum, ſed ſtatim poſt ☾ occaſum cœlum obnubilabatur.

NOCTE QUÆ PRÆCEDEBAT 22 FEBRUARIJ.

H. fere med. 11
I. Diſt. inter ♃ &
Lucidum pedem ♊ 41 55½
II. Eadem repetita 41 55½
III. Mox eadem repetita præciſe 41 55½
H. paulo poſt med. 11
I. Diſt. ♃ a Corde ☊ præciſe 9 30
II. Eadem repetita 9 29⅚
III. Eadem repetita exacte 9 30
H. 11 Tranſiuit ♃ per meridianum habuitque in altitudine 57 8⅓
Eodem inſtanti Cordis Hydræ ſumebatur altit. maxima 32 45

Differentia igitur harum duarum, nempe 24 23⅓ diſtantiam earundem pandit.

H. 11⅔ ſumebatur Altit. merid. Cordis ☊ 53 35½
H. 11⅚ capiebatur Altit. merid. luc. Ceruicis ☊ 61 32

Diductio loci obſeruati ♃ die 4 Febr. in oppoſito ſimplicis ☉lis.

Die 25 Januarij hora 12. 33′ P.M. tempore æquato & ad Meridianum Vraniburgicum reducto, ex obſeruationibus deprehenſa eſt
♃ Longitudo 16 56′ 48″ ☊
Latitudo 1 1 47 Sept.
Eodem tempore fuit Locus ☉lis ſimplex 14° 20′ 14″♒, differentia 2° 36′ 34″, Motus diurnus ♃ 8′ 0″.

Hinc conuenit huic interuallo D. 2 H. 7 M. 57, vt ♃ in ♂ ſimplicis ☉is fuerit Die 27 Januarii hora 20½ P.M. & verus locus ♃ tunc fuit 16° 38′ 9″ ☊.

Calculus ♃ ex obſeruationibus habitis ante oppoſitum eius cum ☉le in Februario circa horam 13tiam poſt meridiem.

Dies	Declinatio	Aſc. R.	Longitudo			Differentia	
			Obſeruata	Alphonſ.	Copern.	Alphonſin.	Copern.
3	16°44′40″S.	139°52′ 2″	♌17° 4′29″	16° 4′	17° 0′	60′29″minus	4′29″minus
4	16 47 37	139 44 32	16 56 48	15 56	16 52	60 48 minus	4 48 minus
5	16 50 34	139 36 20	16 48 29	15 48	16 44	60 29 minus	4 29 minus
			Latitudo Sept.			Differentia	
3			1 1 9	1 4	0 40½	2 51 plus	20 39 minus
4			1 1 47	1 4	0 40¾	2 13 plus	21 2 minus
5			1 2 13	1 4	0 41	1 47 plus	21 13 minus

DIE 2 MARTIJ, VESPERI.

H. 10½ Inter ♃ & luc. pedem ♐ 40 50½
Repetita 40 50½
Vice verſa, inter ♃ & Cor ♌ 10 38
Repetita 10 38
Altit. ♃ meridiana 57 29⅚

Oriebantur tum rariuſculæ nubes, quæ vlteriorem obſeruationem impediebant.

DIE 9 MARTIJ, NOCTE SEQUENTE.

♃ obſeruabatur quaſi hora 4ta antequam Meridianum attigerat

a lucido pede ♐ 40 41½
II 40 41½
III 40 41½
Vice verſa ♃ a Corde ♌ 11 17⅜
II repetita 11 17⅜
III repetita 11 17⅜
Altit. ♃ meridiana 57 36½

DIE 15 MARTIJ, VESPERI.

9H54M Diſt. ♃ a Corde ♌ 11°44′
9 55½ Repetita 11 44
Repetita 11 44
10 1 Altitudo ♃ merid. 57 52½

Vice verſa.

10 5 Diſt. ♃ a lucido pede ♐ 39 47⅛
10 8 Diſt. repetita 39 47
Repetita 39 47
Altit. merid. Cordis ♌ 53 35½
Altit. merid. luc. Ceruicis ♌ 61 32

Calculus Iouis ex obſeruatione diej 15 Martij H. 10 P. M.

Declinatio ♃ 18°10′ 0″ S.
Ang. diff. e corde ♌ 11 22 35 min.
e luc. pede ♐ 41 45 14 add.
Aſc. Recta limitata 135 21 56
Longit. 12 33 21 ♌
Latitudo 1 6 46 S.

	Alph.	Copern.	Differentia
Long.	11 35	12 30 ♌	58′21″ min. / 3′21″ min.
Lat.	1 3 S.	0 44 S.	3 46 min. / 22 46 min.

DIE 21 MARTIJ, VESPERI.

Diſt. ♃ a ſuper. Cap. ♐ 28 51⅓
Repetita bis 28 51⅓

Vice verſa.

Diſt. ♃ a Corde ♌ 12 5½
Repetita bis 12 5½
Altit. merid. ♃ 57 53½

Diff. Aſc. R. ex Corde ♌ 11 44 16
ex Caſtore 27 48 21
Hinc Aſc. R. limitata 134 58 8
Longitudo 12 10 45♌
Latitudo 1 2 15S.

DIE 23 MARTIJ, VESPERI.

Altit. ♃ merid. inter nubes 57°57′
Diſt. ♃ a Corde ♌ 12 13½
Altit. Arcturi tunc erat 39 43
Diſt. repetita 12 13½
Altit. Arcturi 40 19
Nubes poſtea impediuerunt.

DIE 25 MARTIJ, VESPERI.

8^H 6^M	Diſt. ♃ a luc. Ceruicis ☊	14	14
	Altitudo Aldeboræ	29	4
8 10	Diſt. repetita	14	14½
	Altit. Aldeb.	28	10
8 15	Diſt. repetita	14	14½
	Altit. Aldeb.	27	16
	Vice verſa.		
8 22½	Diſt. ♃ a luc. pede ♊	39°	14′bis
	Altit. Arcturi	24	55
8 42	Secundo repetita	39	13⅚
8 52	3tio repetita	39	14
9 0	Altit. ♃ Merid.	57	57½

DIE 26 MARTIJ.

Altit. ♃ meridiana		57	55

DIE 4 APRILIS, VESPERI.

7^H57^M	Altit. ♃ Merid.	57°	59′
Poſtea ad tranſitum Cordis ☊ per Meridianum corrigebatur horologium & ponebatur in 8^H52^M.			
	Erat autem eius altitudo	53	35
9 24	Diſt. ♃ a lucido pede ♊	39	0½
9 25½	Diſt. repetita	39	1⅔
9 27	Diſt. repetita	39	1⅔
	Vice verſa.		
9 30½	Diſt. ♃ a Corde ☊	12	32⅓
9 34	Diſt. repetita	12	32
9 46	Repetita	12	32
	Declinatio ♃	18° 17′	30″ Bor.
	Aſc. Recta	134 32	47
	Verus locus ♃	11 46	15 ☊
	Latitudo	1 0	52 Bor.

DIE 6 APRILIS, VESPERI.

8^H 5^M	Tranſiuit ♃ per Merid.	58°	2′
8 11½	Diſt. ♃ a Polluce	24	44½
8 14	Repetita	24	42
8 17	Repetita	24	42
8 40	Diſt. ♃ a Corde ☊	12	32½
8 42	Repetita	12	32
8 44	Repetita	12	32
8 46	Diſt. ♃ a luc. pede ♊	39	0
8 47	Repetita	39	0
8 48½	Repetita	39	0
8 51	Diſt. ♃ a luc. Ceruice ☊	14	28½
8 53	Repetita	14	28
8 54	Altit. Merid. Cordis ☊	53	36⅓
8 56	Diſt. repetita	14	28
9 0	Altit. luc. Ceruicis ☊	61	33

DIE 7 APRILIS, VESPERI.

Altit. ♃ merid.		58	0⅚
9^H 9^M	Diſt. ♃ a luc. pede ♊	39	0½
9 10½	Repetita	39	0½
9 11⅓	Repetita	39	0
	Vice verſa.		
9 13	Diſt. ♃ a Corde ☊	12	33
9 15	Repetita	12	33⅓
9 17	Repetita	12	33⅓

Pro vero loco ♃ H. 9⅓ P.M.

Diff. Aſc. R. a luc. pede		40	54	12
a corde	☊	12	11	30
Aſc. Recta ex luc. pede		134	31	12
ex corde	☊	134	32	43
limitata		134	32	7
Reſp. Longitudo	☊	11	45	6
Latitudo B.		1	2	22

DIE 11 APRILIS.

Altit. merid. ♃		57	59½
Altit. merid. Cordis ☊		53	35⅓
9^H17^M	Diſt. ♃ a luc. pede ♊	39	0½
9 18½	Repetita	39	0½
9 20	Repetita	39	0½
	Vice verſa.		
9 23	Diſt. ♃ a Corde ☊	12	29⅙
9 24	Repetita	12	29⅙
9 26½	Repetita	12	29⅙

DIE 12 APRILIS, VESPERI.

Altit. merid. ♃		57°	59′
9^H46^M	Diſt. ♃ a luc. pede ♊	39	0½
	Repetita bis	39	0½
	Vice verſa.		
9 56	Diſt. ♃ a Corde ☊	12	30
	Repetita bis	12	30

DIE 13 APRILIS, VESPERI.

7^H50^M	Altit. ♃ merid.	58°	0′
9 13	Diſt. ♃ a luc. pede ♊	39	4⅙
9 15	Repetita	39	4⅙
9 18	Repetita	39	4⅙
9 24	Diſt. ♃ a Corde ☊	12	27⅜
9 26	Repetita	12	27⅜
9 29	Repetita	12	27⅜

DIE 27 APRILIS, VESPERI.

9^H51^M	Diſt. ♃ a Polluce	25	19⅛
9 53	Repetita	25	19⅛
9 54	Repetita	25	19⅛

Vice verſa.

10	6 Diſt. ♃ a Cauda ☊	35	15½
10	8½ Repetita	35	15½
10	11 Repetita	35	15½
10	23 Diſt. ♃ a Corde Hydræ	25	7½
10	25 Repetita	25	7½
10	26⅜ Repetita	25	7½

DIE 2 MAIJ, VESPERI.

Diſt. ♃ a Cauda ☊	34	55½
Repetita bis	34	55½
Diſt. ♃ a Polluce	25	38½
Repetita bis	25	38½
Diſt. ♃ a Corde Hydræ	25	0
Repetita bis	25	0

DIE 3 MAIJ, VESPERI.

9ʰ47ᵐ	Diſt. ♃ a Caſtore	29	26⅛
9	48 Repetita	29	26⅛
9	49½ Repetita	29	26⅛

Vice verſa.

9	53 Diſt. ♃ a Cauda ☊	34	52½
9	55 Repetita	34	52½
9	56½ Repetita	34	52½
10	5 Diſt. ♃ a Corde Hydræ	24	59
10	7 Repetita	24	59
10	12 Repetita	24	59

Calculus ♃ ex obſeruationibus 27 Aprilis & 2 & 3 Maij habitis.

Die 27 Aprilis.

Verus locus ♃ ex Polluce	12°	25′	52″	☊
ex Cauda ☊	12	22	55	
Differ. longitudinum		2	57	
Longitudo ♃ limitata	12	24	52	
Latitudo ex Polluce	1	0	0	S.
ex Cauda ☊	0	58	55	
Latitudo limitata	0	59	15	S.

Die 2 Maij H. 9½ P.M.

Verus locus ♃ ex Cauda ☊	12°	44′	20″	☊
ex Polluce	12	45	30	
Locus ♃ limitatus	12	45	0	☊
Latitudo ex Cauda ☊	0	58	50	S.
ex Polluce	0	59	13	
Latitudo limitata	0	59	0	S.

[1] Debet eße ſuperior.

Die 3 Maij.

Verus locus ♃ ex Caſtore	12	48	55	☊
ex Cauda ☊	12	47	26	
Locus ♃ limitatus	12	48	40	☊
Latitudo ex Caſtore	0	59	34	S.
ex Cauda ☊	0	58	55	
Latitudo limitata	0	59	0	S.

DIE 21 MAIJ, VESPERI.

H. 9½ Diſt. ♃ a Polluce	27	29½
Repetita bis	27	29½

Vice verſa.

Diſt. ♃ a Cauda ☊	33	11⅛
Repetita ter	33	11⅛

Pro Latitudine.

Diſt. ♃ a ſuperiori □			
Vrſæ mai. Dubhe	48	55	0
Repetita bis	48	55	0

DIE 9 JUNIJ, VESPERI.

Obſeruabatur ♃ a Cauda ☊	30	44⅓
Repetita	30	44⅓
Repetita	30	44
Diſt. ♃ ab inferiori[1] præcedentium in □ Vrſæ maioris Dubhe vocata	49	9⅔
Repetita bis	49	9⅔

DIE 27 JUNIJ.

Veſperi poſt occaſum ☉lis in horto, qui adiacet nouæ domui maiori, diſpoſito inſtrumento & ibidem adaptato horologio ſequentia obſeruauimus in mea præſentia.

Obſeruabatur ♃ a ſuperiore præcedentium in □ Vrſæ maioris quam Dubhe Arabes vocant, cuius long. 9° 34′ ☊, latit. 49° 40′ B.

9ʰ12ᵐ Diſt. ♃ a dicta ſtella	*49*	*32½*
9 15 Eadem repetita	*49*	*31½*
9 20 tertio repetita	*49*	*31*

Poterat autem hæc varietas incidere propter refractionem, quod ♃ magis magisque applicaret Horizonti. Habet autem altitudinem in vltimo tempore quaſi 9 partium. Potes etiam videre, quid tempora annotata faciant in altitudine.

$9^{H}30^{M}$ Inter ♃ & tertiam alæ bis	44	15
9 32 Eadem, vti dixi, repetita	44	15

Atque ex hac colligi poteſt Longitudo ♃ ab vna parte. Ab altera haberi verſus occaſum non potuit.

Latitudo capienda ab ea, quæ in Vrſa maiore Dubhe, ſiquidem illa verſus polum tendebat. Habenda vero vtrobique ratio refractionis.

Accipiebatur etiam per Radium minorem diſt. ♃ a Corde ☊ circa hæc tempora partium 9⅔, & habuit Radius 255, Transverſ. 17½; faciunt gr. 3 Min. 55. Sed non nimium fidendum.

DIE 28 JUNIJ.

Veſperi poſt occaſum ☉lis

$9^{H}11^{M}$ Inter ♃ & Dubhe in Vrſa maiore	49	34½
9 13 Eadem repetita	49	34⅓
9 14½ Eadem 3tio repetita	49	34

Fuit circa hæc tempora alt. ♃ 9⅔.

9 17 ♃ a tertia alæ ♍	44	4½
9 18⅓ Repetita exactißime	44	4½

Fuit tunc altitudo ♃ quaſi 9 partium.

9 31 Capiebatur Diſt. ♃ & Reguli aliquoties per Radium minorem $\frac{16\frac{1}{3}}{255}$, facit p. 3 M. 40, ſed huic non nimium fidendum. Poteſt tamen eße melior obſeruatio per Radium quam heſterna.

N.B. Ex his obſeruationibus in ♃ & ♂ duobus antecedentibus diebus factis poteſt non ſaltem eorum Longitudo ob Parallaxin orbis annui, ſed & Latitudo, ſiquidem Soli appropinquabant, verificari, præſertim in ♃, qui non diſtitit a Sole multum vltra ſesquialterum ſignum.

OBSERUATIONES MARTIS.

NOCTU QUÆ PRÆCEDEBAT 1 JANUARIJ.

Altitudo meridiana ♂			
per Volub.	58	54½	
per Sextantem	58	54	
Duabus horis poſt tranſitum illius per meridianum ſumebatur			
Diſt. ♂ a Polluce	29	45	
Repetita bis	29	45	
Vice verſa.			
Diſt. ♂ a Cauda ☊	29	26	
Repetita	29	26½	
Repetita	29	26	
Aſc. Recta ex Polluce	141°	6′	32″
ex Cauda ☊	141	14	39
limitata	141	10	35
Verus locus ♂	17	29	47 ☊
Latitudo	3	45	43 B.

N. B. A 28 Auguſti die, quo primum inſtrumenta Benachiæ pro obſeruationibus diſpoſita fuerunt, cum Sextans tum Volubilis Quadrans duobus ſemper minutis altitudines adauxerunt, quod in omnibus quotquot reperire licuit correctum eſt.

NOCTE QUÆ PRÆCEDEBAT 5 JANUARIJ.

Mane vna hora ante tranſitum illius per meridianum ſumebatur

Diſt. ♂ a Polluce	29	3	
Repetita	29	3	
Vice verſa diſt. ♂ a Cauda ☊	30	13	
Repetita bis	30	13	
Altit. ♂ meridiana	59	22	
Aſc. Recta ex Polluce	140°	29′	56″
ex Cauda ☊	140	24	43
limitata	140	27	20
Verus locus ♂	16	43	3 ☊
Latitudo	3	56	54 B.

EA NOCTE QUÆ PRÆCESSIT DIEM 20 JANUARIJ.

♂ in meridiano habuit altit.

per Volub.	61°	8′	
limitata	61	8	10″

Et paulo poſt tranſiuit lucida Hydræ, habens ferme eandem cum ♂ Aſc. R., cuius altitudo inuenta vt etiam prius 32 45½

Ergo differentia dat vtriusque fere diſtantiam 28 22

Pro examine Sextantis tunc capiebatur diſtantia inter Cor ☌ & Canem minorem 37 18 bis
Debuit autem eße 37 19½

Inter Cor ☌ & inf. Cap. ♑ 36 58

Debuit eße iuxta prius obſeruata 36 59⅔

Quare vtrobique deficit Sext. a vero 0 1½

Tranſiuit ♃ per merid. Eodem quaſi tempore obſeruabatur Diſt. ♂ ab inf. Cap. ♑ 24 27⅚ ter
limitata 24 29 20

Diſt. ♂ a ſup. Cap. ♑ 27 47

Mox vice verſa ♂ a Corde ☌ 12 43 bis
limitata 12 44 30
Fuit tunc Cauda ☌ orient. per Armill. 26 30

Inter ♂ & luc. pedem ♑ 40 6½
limitata 40 7 30

Tranſiuit ſtatim poſt Ceruix ☌ per Merid. habens Altit. prout etiam prius indicatum 61 32⅙

Quando in Merid. erat venter ☌ diſtabat ♂ a Cauda ☌ 34 23 ter
Fuit tunc Spica ♍ or. 38 10

Paulo poſt tranſitum Caudæ ☌ per Merid. obſeruabatur ♂ a tertia alæ ♍ 52 19 bis
limitata 52 23 30

NOCTE PRÆCEDENTE DIEM 22 JANUARIJ.

Circa horam 1½ iuxta Horologium noſtrum ſpeculare inter ♂ & infer. cap. ♑ diſt. per Sextantem capiebatur 23 41⅚ ter

Hora 1¾ ♂ diſtabat a Corde ☌ 13 29½ ter

Hora 2 in Horologio eodem transiuit Cor ☌ per Merid. habens alt. 53 33 dubia

H. 2¼ diſtabat ♂ a Cane min. 29 11 ter

NOCTE PRÆCEDENTE DIEM 24 JANUARIJ.

Diſt. ♂ a luc. pede ♑ 38 48
Eadem repetita 38 48
Limitata 38 45

Diſt. ♂ a Corde ☌ 14 12½
Eadem repetita 14 12⅝
Eadem tertio repetita 14 12½
Limitata 14 10½

Diſt. ♂ ab infer. cap. ♑ 22 57⅛
Eadem repetita 22 57
Eadem 3tio repetita 22 57
Limitata 22 54

Erat tunc Cauda ☌, cum hæ obſeruationes ſumebantur, in Armillis orientalis 48⅓

Hinc tempus colligi poteſt. Reſp. H. 11 M. 50.

Poſtea diſtantia ♂ ſumebatur a tertia alæ ♍ 53 49⅚
Eadem repetita 53 50
Eadem 3tio repetita 53 50
Limitata 53 46

Erat circa hoc tempus Cauda ☌ orient. per Armill. æq. 41 37

Cum ♂ tranſiret Meridianum, habuit Altitudinem per. Quadr. Volub. 61 37⅛
Limitata 61 37 40

Erat tunc Cauda ☌ orient. 38 20
Reſp. H. 12½.

Pro loco ♂.

Nocte quæ præceßit 20 Januarij.

Declinatio ♂	21°	26′	40″	B.
Declin. infer. Cap. ♑	28	56	4	B
Declin. Cordis ☌	13	53	46	B
Diſt. ♂ ab infer. Cap. ♑	24	29	20	
Diſt. ♂ a Corde ☌	12	44	30	
Aſc. R. ex Polluce	136	1	32	
ex Corde ☌	135	57	26	
Limitata	135	59	29	
ex luc. pede ♑	135	53	18	
ex tertia alæ ♍	135	53	48	
Aſc. R. limitata	135	53	33	

Et hæc retenta eſt in ſupputatione veri loci ♂.

Reſp. Verus locus ♂ 12 5 25 ☌
Latitudo 4 23 43 B.

Nocte quæ præceßit 22 Januarij.

Declinatio ♂	21°	41′	23″	B.
Diſt. ♂ ab infer. Cap. ♊	23	43	20	
Diſt. ♂ a Corde ♌	13	31	0	
Aſc. R. ex Polluce	135	14	15	
ex Corde ♌	135	7	53	
Limitata	135	11	4	
Verus locus ♂ ex Corde ♌	11	22	4	♌
ex infer. Cap.	11	26	57	♌
Differentia		4	53	
Locus ♂ limitatus	11	24	30	♌

Nocte quæ præceßit 24 Januarij.

Declinatio ♂	21°	56′	10″	B.
Diſt. ♂ a luc. pede ♊	38	45	0	
Diſt. a 3tia alæ ♍	53	46	0	
Aſc. R. ex luc. pede	134	23	39	
ex 3tia alæ	134	29	48	
limitata	134	26	43	
ex Polluce	134	23	18	
ex Corde ♌	134	27	37	
limitata	134	25	28	
2do limitata	134	24	33	
Verus locus ♂tis	10	38	46	♌
Latitudo	4	28	40	B.

Diductio loci obſeruati ♂ Die 23 Januarij in oppoſitum ſimplici Solis.

Die 13[1] Januarij H. 11⅔ P.M. tempore æquato & ad Meridianum Vraniburgicum reducto ex obſeruationibus deprehenſa eſt

♂ { Longitudo 10° 38′ 46″ ♌
  { Latitudo 4 28 40 B.

Eodem tempore fuit Locus Solis ſimplex 2° 28′ 48″ ♒, differentia 8° 10′ fere. Motus diurnus ♂ aßumptus eſt 23′ 45″, itaque 1° 22′ 53″ dant 1D 8H 10M,

reſp. 5D 21H 52M
quod intervallum additum priori obſeruationibus 23 11 40
congruenti oſtendit ♇ ♂ cum ſimplici ☉lis factum eße Die 19 Januarij H. 9 M. 32. 29 9 32

Quo tempore colligimus iuxta prius præſuppoſitum motum diurnum tam ♂ verum quam ☉lis ſimpl. Martem hæſurum in 8° 18⅔′ ♌, ☉lem vero quo ad ſimpl. motum in ♂ ♇, nempe in 8° 18⅔′ ♒.

[1] Scilicet ſtyli veteris.

Experimentatio pro loco ♂tis ex reſtitutione noſtra.

Die 19 Januarij H. 9 H. 32.

Simplex Long. ♂ correcta	3S	6°	46′	4″
Apogæum ♂ correctum	3	25	30	14
Anomalia ♂tis	11	11	16	0
Reſp. Long. proſtaph. add.	3	18	39	
Præceßio Æquinoct. add.	28	15	5	
Ergo verus locus ♂	♌ 8	19	48	

Differ. inter locum obſeruatum & reduct. atque ex tabulis inuentum 1′ 24″.

Parallaxis & Æquatio Longitudinis ♂ pro Latitudine eius ſe inuicem elidunt.

Si ponatur tempus ♇ D. 19 Januarij H. 9 M. 40 P.M. & ♂ in 8° 19′ ♌, omnia ſatis conueniunt cum priori reſtitutione. Quod ex obſeruationibus poſtmodum habendis & cum antecedentibus conferendis rectius dignoſci poteſt atque limitari. Abundat calculus Copernici in vero loco ♂ circa ♇ 2¼°, Alphonſinus vero deficit 3½°. Vnde differentia inter ſeſe 5¾°.

N.B. Verſatur ♂ circa limitem maximæ Latitudinis Boreæ quam proxime.

Exactior reductio motus ♂ in ♇ ſimplicis ☉lis ex collatione ſequentium obſeruationum cum antecedentibus.

Jan.	D. 23	H. 11	M. 40	Long.	10	39	0
Feb.	D. 3	H. 11	M. 40		6	18	0 corr.
Differ.	11	0	0		4	21	0

Pro motu diurno ♂.

D. 11 — 4° 21′ 0 ——— D. 1 (23′ 44″ fere

Locus Solis ſimplex ad prius tempus	2°	28′	48″ ♒
Differentia inter locum ♂ & ☉is	8	10	12
Motus diurnus vtriusque ☉is & ♂tis	1	22	52

1° 22′ 52″ — 14′ 40″ ——— 8° 10′ 12″

(85′ 20″ fere D. 5 H. 22 addenda.

Ergo tempus ♇ fuit D. 19 Jan. H. 9 M. 40. Ad quod tempus ſi reductum fuerit phænomenon ♂is & ☉is iuxta cuiusque motum proprium, inuenitur ♂ in ♇ ☉is fuiße in 8° 18¾′ ♌.

Locus ♂ ex reſtitutione noſtra præciſe inuenitur in 8° 19′ 57″, diff. 1⅓′.

Pro Latitudine ♂ tempore oppoſitionis.

Die 23 Jan. Latitudo	4°	28′	40″
		1	50
Vera Latitudo	4	30	30
Die 24 Jan. obſeruata	4	29	0
corr.		1	50
	4	30	50

Si itaque poſueris Latitudinem veram tempore ☌ 4°30⅔′, inſenſibilis aberratio committi debet.

Hinc examinatio pro maxima latitudine Borea hoc modo inſtituitur.

Maximus limes B. in	17°	30′	☊
♂tis locus	8	19	☊
Differentia	9	11	



Reſp. Angulus β α γ 4 34⅙
Max. Latit. Bor. ♂. Quæ cum antea inuenta conuenit.

NOCTE QUÆ PRÆCEDEBAT 2 FEBRUARIJ.

Sextante emendato, cum Spica ♍ appropinquaret meridiano, erat diſtantia ♂ a Corde ☊ 17° 42⅓′ quater
Cum Arcturus eßet in merid. erat diſt. ♂ a lucida Ceruicis ☊ 17 29 bis.
Nihil potuit accipi verſus occaſum propter nubes.

NOCTE QUÆ PRÆCEDEBAT 3 FEBRUARIJ.

Altit. ♂ meridiana	62°	42⅔′	
Limitata	62	40	50
Diſt. ♂ a lucido pede ♊	34	57	
Repetita ter	34	57	
Diſt. ♂ a Corde ☊	18	2	
Repetita bis	18	2⅛	
Diſt. ♂ ab infer. Cap. ♊	19	3⅓	
Repetita bis	19	3⅓	
Diſt. ♂ a lucida Ceruicis ☊	17	42	
Repetita bis	17	41⅚	

NOCTE SEQUENTE 3 FEBRUARIJ.

Obſeruabatur ♂, qui Acronychium ſitum per 5 proxime dies exceßerat.

Inter ♂ & lucidum pedem ♊	34°	38½′	
Repetita	34	38½	
Repetita eadem 3tio	34	38½	
Limitata	34	39	0

Erat circa id tempus prima in Capite Hydræ iuxta Meridianum: hinc hora & minutum colligetur.

Poſtea diſtabat ♂ vice verſa ab inferiori Capite ♊	18	39	
Repetita	18	39	
Repetita præciſe	18	39	
Limitata	18	39	30

Factæ ſunt hæ obſeruationes quaſi quarta parte horæ poſt antecedentes.

Deinde capiebatur diſt. ♂ a Corde ☊	18	23⅛	
Repetita bis	18	23⅓	
Limitata	18	24	0

Erat hoc quaſi dimidia hora, poſtquam Caput Hydræ Merid. tranſierat.

Moxque tranſiuit ♂ Meridianum habens altitud. per Quadr. Volub.	62	49⅝	
Limitata	62	49⅙	

Rurſus diſt. ♂ a Luc. Ceruicis ☊	18	3½	
Repetita bis	18	3⅓	
Limitata	18	4	0

Erant quaſi ¾ vnius horæ poſtquam Caput Hydræ fuit in Meridiano.

NOCTE QUÆ SEQUEBATUR DIEM 4 FEBRUARIJ.

Inter ♂ & lucidum pedem ♊	34	18½	
Eadem bis repetita	34	18⅙	
Diſt. ♂ a Polluce	18	17	
Repetita	18	17	
Diſt. ♂ a Corde ☊	18	46⅝	
Repetita bis	18	46⅙	
Diſt. ♂ a lucida Ceruicis ☊	18	26⅓	
Repetita	18	26⅓	
Altit. merid. ♂ per Volub.	62	54⅝	
Limitata	62	54	10

DIE 18 FEBRUARIJ, VESPERI.

Corrigebantur horologia ad tranſitum ſuperioris Capitis ♊ per Meridianum, ponendo ea tum in H. 9 M. 2.

Altit. merid. ſuper. Cap. ♊ 72 23⅙
Altit. merid. infer. Cap. ♊ 68 37¾

Erat tum ♂ in linea recta cum vtroque aſello ♋. Vice verſa cum Corde ☌ & inferiori Capite ♊.

Diſtantia autem ♂ quoad viſum a ſuperiori aſello verſus Boream erat ¼ interualli inter duos iſtos aſellos intercepti.

H. 9⅜ Sumebatur diſtantia ♂
a lucido pede ♊ 29 59⅙
Diſt. eadem repetita bis 29 59⅙

Vice verſa.

H. 9⅝ Diſt. ♂ a Corde ☌ 23 8⅚
Eadem repetita bis 23 8⅚
Pro examinando Sextante, inter
Aldeb. & luc. pedem ♊ 29 10½ ter
Debuit eße 29 9
H. 10 Tranſibat ♂
per Merid. habens altit. 63 41¼

Adventabant tum denſæ a Borea nubes, quæ totum cœlum obtegebant.

DIE 20 FEBRUARIJ, VESPERI.

Hora 9 circiter tranſiuit Procyon
per Merid. habens Altitud.
per Quad. Volub. 45° 53′
H. 9 M. 10 Diſt. ♂ a luc. pede ♊ 39 30
Secundo eadem diſt. repetita
39 30
Tertio repetita 39 30
Poſtea iuxta horam 9nam ½ capiebatur vice verſa eius diſtantia
a Corde ☌ 23 35½
Eadem repetita præciſe 23 35½
Eadem tertio repetita 23 35⅓
Circa horam 10 tranſiuit ♂
Merid. habens altitud. 63 50

NOCTE QUÆ PRÆCEDEBAT DIEM 22 FEBRUARIJ.

Altit. merid. lucidi pedis ♊ 56 22⅓
Altit. merid. ſup. Capitis ♊ 72 24⅓

9H 29M I. Diſt. ♂ a luc. pede ♊ 29 17⅚
II. Repetita eadem 29 17⅚
III. Eadem repetita 29 17⅚
H. 9½ I. Vice verſa capiebatur
diſt. ♂ a Corde ☌ 23 48
II. Eadem repetita 23 48⅓
Paulo poſt med. 10,
III. Repetita 23 48⅓
IV. Repetita 23 48⅓
H. fere 10 I. Capiebatur diſt. inter
Aldeboran & luc. ped. ♊ 29 9⅚
Circa H. 10
II. Eadem diſt. repet. 29 9⅚
H. 10 III. Eadem repetita
præciſe 29 9⅚
Hora 10. Tranſiuit ♂
per Merid. habens altitudinem
præciſe 63 49

DIE 2 MARTIJ, VESPERI.

Altit. merid. infer. Cap. ♊ 68° 37⅔′
Diſt. ♂ a luc. ♈, nouo pinn. 86 32⅔
Repetita 86 32⅔
Diſt. ♂ ab Aldeb., nouo pinn. 55 46⅔
Repetita 55 46⅔

Vice verſa.

Diſt. ♂ a Corde ☌, veteri 25 15
Repetita 25 15
H. 10 Altit. ♂ merid. 63 50½

DIE 9 MARTIJ, NOCTE SEQUENTE.

N. B. ♂ appropinquans ſtationi primæ iuxta maximam Parallaxin orbis.

Paulo antequam ♂ ſtella tranſiret Meridianum, ſumebatur eius diſtantia in hunc modum.

I. A Lucido pede ♊ 27 28½
II. Eadem repetita 27 29
III. Repetita 27 28
IV. Repetita 27 28½
Altit. ♂ Merid. 63 39½

Paulo poſtquam Meridianum transiißet, hæc iterum accepta
inter ♂ & Cor ☌ 25 29½
Iterum eadem 25 29

DIE 15 MARTIJ, VESPERI.

Altit. ☌ merid.		63°	25½′
9ʰ17ᵐ	Diſt. ☌ ab Aldeb. nouo pinn.	56	1
9 23	Diſt. repetita	56	1
9 25	Repetita	56	1
9 28	Diſt. ☌ a lucido pede ♊	27	39½
9 31	Repetita	27	39½
9 32	Repetita	27	39
	Vice verſa.		
9 37	Diſt. ☌ a Corde ☊	25	14⅓
9 38½	Repetita	25	14⅓
9 41	Repetita	25	14⅓

DIE 16 MARTIJ, VESPERI.

Inter rariuſculas nubes obſeruabatur

Altit. ☌ meridiana		63°	19′
9ʰ25ᵐ	Diſt. ☌ ab Aldebora	56	6⅓
9 28	Repetita	56	6⅓
9 30	Repetita	56	6⅓
	Vice verſa.		
9 31	Diſt. ☌ a Cauda ☊, nouo pinn.	47	28 20
9 35	Repetita	47	29
9 37	Repetita	47	28⅓
	Veteri pinnacidio.		
9 40	Diſt. ☌ a luc. pede ♊	27	42½
9 41	Diſt. repetita	27	42½
9 43	Repetita	27	42½
	Vice verſa.		
9 46	Diſt. ☌ a Corde ☊	25	8½
9 47	Repetita	25	9
9 50	Repetita	25	8½

Propter nubes nihil amplius hac nocte accipi potuit.

Calculus Martis ex antecedentibus obſeruationibus.

Die 2 Martij H. 10 P. M.

Declinatio ☌	24°	8′	0″B.
Ang. diff. aſcenſ. a luc. ♈	96	9	37
ab Aldeb.	59	2	30
a Corde ☊	24	28	46
Aſc. recta ☌ limitata	122	16	54
Reſp. Longitudo	29	14	46♋
Latitudo	3	50	51 S.

Die 9 Martij, H. 9½ P. M.

Declinatio ☌	23°	59′	0″
Ang. diff. aſcenſ.			
a luc. pede ♊	28	18	21 add.
a Corde ☊	24	48	51 min.
Aſc. recta ☌ limitata	121	55	22
Reſp. Longitudo	28	57	4♋
Latitudo	3	37	15 S.

Die 15 Martij H. 9⅓.

Declinatio ☌	23°	41′	40″
Ang. diff. aſcenſ.			
ab Aldeb.	59	16	4 add.
a luc. pede ♊	28	33	48 min.
a Corde ☊	24	37	42 min.
Aſc. recta ☌ limitata	122	8	39
Reſp. Longitudo	29	12	30♋
Latitudo	3	22	53 S.

Die 16 Martij H. 9¼.

Declinatio ☌	23	37	30
Ang. diff. aſcenſ.			
a luc. pede ♊	28	38	22 add.
a Corde ☊	24	32	43 min.
Aſc. recta ☌ limitata	122	13	25
Reſp. Longitudo	29	17	53♋
Latitudo	3	19	45 S.

Summaria Recapitulatio Calculi Martis.

Martij Die	Longitudo Obſeruata	Longitudo Alphonſina	Longitudo Copernicæa	Differentia Alphonſ.	Differentia Copern.
2	♋ 29° 14′ 46″	♋ 26° 15′	☊ 0° 40′	2° 59′ 46 min.	1° 25′ 14″plus
9	28 57 4	26 6	0 10	2 51 4 min.	1 12 56 plus
15	29 12 30	26 23	0 10	2 49 30 min.	0 57 30 plus
16	29 17 53	26 30	0 14	2 47 53 min.	0 56 7 plus
	Latitudo			Differentia	
2	3 50 51 S.	3 29 S.	3 48 S.	21 51 min.	2 51 min.
9	3 37 15	3 15	3 35	22 15 min.	2 15 min.
15	3 22 53	3 4	3 12	18 53 min.	10 53 min.
16	3 19 45	3 1	3 10	18 45 min.	9 45 min.

DIE 23 MARTIJ, VESPERI.

8H 2M Tranſiuit ♂
Meridianum habens Alt. 62° 55′

	Diſt. ♂ a lucido pede ♊	Altit. Arcturi
9 35	28 30½	33 42
9 39	28 30	33 54
9 42½	28 30	34 24

Vice verſa Diſt. ♂ a Corde ♌.

9 47½	24 13½	35 20
9 50½	24 13½	35 49
9 53	24 13½	36 19
9 54	24 13½	36 50

Prouenit hinc Long. ♂tis 0° 10′ 37″ ♌
Latit. 3 7 22 B.

Erat autem ♂ iuxta △ ☉lis & prope Parallaxin Orbis annui maximam.

DIE 25 MARTIJ, VESPERI.

	Diſt. ♂ a luc. pede ♊	Altit. Aldeboræ
7H39M	28 43⅓	33 24
7 40½	28 43⅓	32 50
7 50	28 43⅓	31 56

Vice verſa Diſt. ♂ a luc. ceru. ♌

7 52	24 4¾	30 22
	24 4¾	

7 56 Altit. ♂ merid. 62 46

Prædicta diſt. repet.

8 2	24 4⅓	29 36

DIE 26 MARTIJ, VESPERI.

Diſt. ♂ a luc. pede ♊	28° 53′
Diſt. repetita	28 53
Diſt. repetita	28 53
10H31M Fuit vltima altitudo luc. ped.	25 45

Vice verſa.

♂ a Corde ♌	23 44
Diſt. repetita	23 44
Diſt. repetita	23 44

Altit. merid. ♂ hac veſpera non ſumebatur, ſed poteſt colligi ex antecedentibus & ſequentibus.

DIE 6 APRILIS.

Altit. ♂ meridiana 61° 46⅝′.

8H 0M	Diſt. ♂ a luc. pede ♊	31 12
8 2½	Repetita	31 12
8 4	Repetita	31 12
8 5½	Diſt. ♂ a Polluce	16 5
8 7	Repetita	16 5⅔
8 8	Repetita	16 5⅔
8 31	Diſt. ♂ a Corde ♌	21 7
8 33	Repetita	21 7
8 36	Repetita	21 7⅔
8 37½	Diſt. ♂ a luc. Ceruicis ♌	21 32
8 38½	Repetita	21 32
	Repetita	21 32

DIE 7 APRILIS, VESPERI.

Altit. ♂ meridiana 61° 38⅝′

9H 0M	Diſt. ♂ a luc. pede ♊	31 29
9 1½	Repetita	31 29⅓
9 2	Repetita	31 29⅓

Vice verſa.

9 4½	Diſt. ♂ a Corde ♌	20 50⅓
9 6	Repetita	20 50⅓
9 8⅓	Repetita	20 50⅓

Pro vero loco ♂ D. 7 Apr. H. 9⅓ P. M.

Diff. aſcenſ. ex luc. pede ♊	32° 49′ 48″
ex Corde ♌	20 12 44
Aſc. Recta ♂ limitata	126 29 3
Reſp. Longitudo ♂	♌ 3 30 47
Latitudo B.	2 33 56

DIE 11 APRILIS.

Altit. ♂ meridiana 61° 14½′

9H 9½M	Diſt. ♂ a luc. pede ♊	32 33
9 10	Repetita	32 33
9 11	Repetita	32 33

Vice verſa.

9 12	Diſt. ♂ a Corde ♌	19 38⅙
9 12⅔	Repetita	19 38⅙
9 14	Repetita	19 38⅙

DIE 12 APRILIS, VESPERI.

Altit. ♂ meridiana 61° 10′

9H37M	Diſt. ♂ a luc. pede ♊	32 50
	Repetita	32 50
	Repetita	32 50

Vice verſa.

9 51	Diſt. ♂ a Corde ♌	19 20⅓
9 53	Repetita bis	19 20⅓

DIE 27 APRILIS.

9H58M	Diſt. ♂ a Polluce		23	10½
9 59	Repetita		23	10½
10 1	Repetita		23	10½
	Vice verſa.			
10 15	Diſt. ♂ a Cauda ☊		36	42¾
10 17	Repetita		36	42¾
10 19	Repetita		36	42¾
10 31	Diſt. ♂ a Corde Hydræ		26	50
10 32½	Repetita		26	50
10 35	Repetita	præciſe	26	50

DIE 2 MAIJ, VESPERI.

Diſt. ♂ a Cauda ☊		34	48½
Repetita		34	48½
Repetita		34	48½
Diſt. ♂ a Polluce		25	13
Repetita		25	13
Repetita		25	13
Diſt. ♂ a Corde Hydræ		25	59
Repetita		25	59
Repetita		25	59

DIE 3 MAIJ, VESPERI.

9H33M	Diſt. ♂ a Caſtore		29°	15′
9 35	Repetita		29	15
9 38	Repetita		29	15
	Vice verſa.			
9 40	Diſt. ♂ a Cauda ☊		34	26
9 42	Repetita		34	26
9 43	Repetita		34	26
9 59	Diſt. ♂ a Corde Hydræ		25	47
10 1	Repetita		25	47
10 3	Repetita		25	47

Calculus ♂ ex obſeruationibus 27 Aprilis & 2 & 3 Maij habitis.

Die 27 Aprilis.

Verus locus ♂				
ex Polluce	10°	28′	29″	☊
ex Cauda ☊	10	28	30	
Latitudo ex Polluce	2	4	31	Sept.
ex Cauda ☊	2	2	55	
Latitudo limitata	2	3	30	Sept.

Die 2 Maij.

Verus locus ♂				
ex Cauda ☊	12°	30′	11″	☊
ex Polluce	12	33	58	
Locus ♂ limitatus	12	32	40	☊
Latitudo ex Cauda ☊	1	58	27	Sept.
ex Polluce	2	2	21	
Latitudo limitata	1	59	45	Sept.

Die 3 Maij.

Verus locus ♂ ex Caſtore	12°	55′	7″	☊
ex Cauda ☊	12	56	24	
Locus ♂ limitatus	12	55	40	☊
Latitudo ex Caſtore	1	52	57	S.
ex Cauda ☊	1	52	27	
Latitudo limitata	1	52	30	S.

Coniunctio itaque ♃ & ♂ iuxta has noſtras obſeruationes fuit Maij Die 2 H. 23 M. 56, exiſtentibus illis in 12° 47′ 42″ ☊.

DIE 21 MAIJ, VESPERI.

Diſt. ♂ a Polluce	33	49⅓	
Repetita	33	49⅓	
Repetita	33	49⅓	
Vice verſa.			
Diſt. ♂ a Cauda ☊	26	55⅔	
Repetita	26	55⅔	
Repetita	26	55⅔	
Pro Latitudine.			
Diſt. ♂ a ſuper. □			
Vrſæ mai. Dubhe	49	8	
Repetita	49	8	
Repetita	49	8	

Pro latitudine ♃ & ♂ a Corde Hydræ non capiebantur, quia eius altitudo tum erat 14 graduum tantum, ideoque refractionibus obnoxia; eratque ♄ in Meridiano cum hæ diſtantiæ caperentur.

DIE 9 JUNIJ, VESPERI.

Diſt. ♂ a Cauda ☊	18	46	
Repetita	18	46	
Repetita	18	46	
Erat tum Lanx auſtrina in meridiano.			
Diſt. ♂ a Dubhe	51	46	
Repetita	51	46	
Repetita	51	46	

DIE 27 JUNIJ, VESPERI.

Obſeruabatur ♂ hoc modo.

9H35M	*Inter ♂ & 3tiam alæ ♍*	*23*	*54½*
9 40	*Eadem repetita*	*23*	*54½*
	Fuit tunc altitudo ♂ quaſi	*16*	*0*

9 45 Inter ♂ & Lucidam quæ eſt in ceruice ♌ bis 18 32
9 48 Inter ♂ & inferiorem ſequentium in □ Vrſæ maioris, quæ habet Long. 25 45 ♌, Latit. 47 6½, Diſtantia ter obſeruata 48 15

Poterat tunc ♂ habere altitudinem quaſi 14 partium.

DIE 28 JUNIJ, VESPERI.

Obſeruabatur ♂ hoc modo.

9ʰ19ᴹ ♂ ab inferiore ſequentium in □ Vrſæ maioris, a qua etiam heri 48 25
9 20 Eadem repetita 48 25
9 20½ Iterum repetita 48 24⅝
9 21 Diſt. ♂ a 3ᵗⁱᵃ alæ ♍ 23 19
9 22 Eadem repetita 23 19⅜
9 23½ Tertio repetita 23 19
9 25 ♂ a lucida Ceruicis ♌ 19 5
9 26½ Repetita 19 5
9 27 Eadem tertio repetita 19 5
9 29½ Fuit altitudo ♂ per Quadr. ferreum 21 5

Ex his obſeruationibus duobus antecedentibus diebus factis poteſt non ſaltem ♂ Longitudo ob parallaxin orbis annui, ſed & Latitudo, ſiquidem ☉ᴵᴵ appropinquabat, verificari. In ♂ poteſt poſtmodum fieri periculum cum Soli magis appropinquet.

OBSERUATIONES VENERIS.

DIE 23 JANUARIJ.

Fuit apprime ſerenum, & ♀ valde clara apparuit, quare ante ortum ☉ obſeruata in hunc modum.

Hora 6 in horologio noſtro minori quod pulſat horas, obſeruabatur ♀ diſtare a Corde ♏ per Sext. 20 41

Fuit tunc altitudo ♀ 16 0

Nec poterat vlterius capi diſt. ♀ ab vlla fixa propter diluculum. Fuit autem iuxta intuitum ♀ tunc inter locum ſui ortus & Meridianum quaſi intermedia, hinc tempus rectius ſcitur, vel potius ex altitudine ♀, adhibita eius Declinatione & Aſcenſione recta, quæ conſtare poterit ex hodiernis obſeruatis.

Poſtea capiebatur diſt. ♀ a ♄ hoc modo. Præterierat autem ♄ meridianum.

H. 7 Diſtantia inter ♀ & ♄ 53 49 ter
Fuit tunc altitudo ♀ 16 25
Repetita diſt. ♀ & ♄ 53 49
Altitudo ♀ 16 30

Potes applicare locum ♄ ex prioribus & ſequentibus obſeruationibus deriuatum, & hinc inquirendo locum ♀.

Poſtea per armillas æquatorias orichalcicas obſeruabatur Declinatio ♀ hoc modo.

		Declin. ♀	Altitudo ♀
Hora 7¼	I.	17 50	16 53½
in	II.	17 50	17 12
horologio	III.	17 49	17 31

H. 7¾ Sol clarus oriebatur, tempore ex horologio vt prius accepto.

Poſtea ♀ altit. merid. ipſa ſatis discrete apparente obſeruabatur
per Volub. 21 46½
per Sextantem 21 48

Sed fide potius Quadranti Volubili, nam Sextans ſesquialtero vel duobus minutis plus iuſto hic vt ſemper habere ſolitus.

Altitudo Æquatoris 39° 41′ 30″
Altitudo ♀ 21 46 30
Declin. vera ♀ in ipſo Mer. 17 55 0

Potuit autem prius habere minorem ob refractionem.

Obſeruabatur prius diſtantia ♀ a Sole hoc pacto.

	Diſt. ♀ a ☉	Altit. ☉
H. 8½	40 35½	3 25
Repetita II.	40 36	4 0
Repetita III.	40 36	4 16

Poſtea ♀ non potuit ſatis discrete obſeruari a Sole, ſed Declinatio Solis viſa capiebatur pro Armillis examinandis.

DIE 24 JANUARIJ, MANE.

Obſeruabatur ♀ in hunc modum.

Diſt. ♀ & Capitis Ophiuchi per Sextantem	30	56½
Fuit tunc altitudo ♀ per Q. Volub.	11	2
Repetita prior diſt., bis	30	56
Altit. ♀	11	30
Diſt. ♀ a Lance Borea ♎	38	53½
Fuit tunc altit. ♀	12	10
Diſt. ♀ a Corde ♏	21	7⅛
Altit. ♀ tunc	12	40
Repetita diſt. a Corde ♏ bis	21	7⅛

Deinde non apparentibus ſatis fixis ſtellis, continuabatur obſeruatio diſtantiæ ♀ a ♄ vt ſequitur.

Inter ♀ & ♄ diſt. per Sextant.	54	22½
Fuit tunc altit. ♀	13	58
Repetita diſt. ♀ a ♄	54	22⅛

Pro explorando Sextante capta eſt prius diſt. inter Spicam ♍ & Bor. lancem ♎ 27 33⅛, repetita 27 33⅛, debebat eße 27 34. Quando prius ſcriptæ obſeruationes ♀ a ♄ capiebantur, fuit in horologio noſtro ſpeculari Hora quaſi 7 matutina.

☉ autem iuxta idem horologium viſus eſt oriri $7^{H}30^{M}$.

Poſtea ♀ ſtella obſeruata in ipſo Meridiano, habuitque Altitud.

per Quadr. Volub.	21	49⅛
Ideoque eius Declin. euadet	17	52
Fuit tunc Altit. ☉ ſimul obſeruata	11	22

Paulo poſt ſumebatur Diſt. ♀ a ☉ vna cum Altitudine vt ſequitur.

Hora in Horologio	Diſt. ☉lis a ♀	Altit. ☉lis
9⅛	41 11	13 40
9½	41 10	15 circiter
9⅝	41 11	16 0
9¾	41 10	16 12
10	41 11	16 25
10⅛	41 11	16 34
Diſt. æquat. ☉ a merid.		
26 10	41 11½	17 11½
24 27	41 11	17 42

N.B. Circa vltimas obſeruationes diſtantiæ inter ☉ & ♀ poterat ♀ habere eandem quaſi Altitudinem cum ☉le, ita vt fuerint ſimul in æquilibrio Horizontis, quod conducit ad locum ♀ eo exactius a ☉le deriuandum, ſiquidem refractio vtrobique fere eadem. Igitur quoad hanc, diſtantia obſeruata non differt ſenſibiliter a vera, niſi quatenus diuerſitas Parallaxium aliquale ſuggerere poterit discrimen. Fuerunt autem hæ obſeruationes ſatis accuratæ, ita vt ex dato loco ☉lis viſo ♀ris apparens locus inquiri poßit, & eo in antecedentia reducto ad tempus, quo ♀risdiſtantia capiebatur a fixis ſtellis atque ♄, eodemque loco ob aliam refractionem atque Parallaxin paululum limitato, poterint earundem Fixarum loca atque exinde aliarum quoque denuo examinari, quemadmodum antea a nobis factitatum eſt, cuius Pragmatiæ exempla aliquot habent Progymnaſmata noſtra Tomo primo cap. 2. Præſtat autem conferre ſimilem aliquam obſeruationem in ♀ veſpertina habitam, quando pariter a ☉ diſtitit, in conſimili etiam ferme a Terra remotione, atque pari quam proxime tam ☉lis quam ♀ Altitudine, vt Refractionum & Parallaxium implicationes eo promptius præcaueri atque elidi poßint. Satius autem eſt hoc loco vti ijs diſtantijs matutinis, quæ a ♀ in ♄ captæ ſunt, eo quod ♀ tunc altior eßet & Refractioni minus obnoxia.

Poteſt vero ♄ locus ſatis præciſe inueſtigari ex obſeruationibus eadem nocte præcedente in ipſo habitis, atque hinc Fixarum loca, a quibus capiebatur, explorari.

DIE 4 FEBRUARIJ.

Obſeruatio ♀ matutina cum eßet in initio ♐ & Latitudo in arcum Declinationis coincideret eoque promptius pateret.

Inter ♀ & Cor ♏	27	45
Repetita diſtantia	27	44
Fuit circa tempus harum obſeruationum Altit. ♀ proxime ſumpta	10	0
Iterata diſt. ♀ a media frontis ♏	27	32
Fuit tunc Altitudo ♀	10	40
Eadem diſt. repetita	27	33

Quia hæ duæ diſtantiæ non ſatis exacte concordent, videndum ex ſequentibus, vtri potius fidendum ſit.

Diſt. ♀ a ſuprema frontis ♏	33	59⅓
Fuit tunc Altitudo ♀	11	1
Diſt. eadem repetita	33	59⅓
Fuit tunc Altitudo ♀	11	13
Diſt. ♀ a Lance Borea ♎	46	18⅚
Fuit tunc Altit. ♀	11	31
Prior diſt. repetita	46	18⅚
Altitudo ♀ correſpondens	11	37

Deinde, vt Latitudo vel Declinatio ♀ ab aliqua Fixa ſtella conſtare poßet, ſumpta eſt eius diſtantia a Lucida Vulturis volantis vt ſequitur.

Diſt. ♀ a Lucida Aquilæ	34	36
Fuit tunc Altitudo ♀	12	50
Eadem diſtantia repetita	34	35
Altit. ♀ tunc fuit	13	12
Eadem diſtantia repetita	34	35

Poſtea ex ortu ☉is capiebatur eius diſtantia a ♀ interdiu, vti & antea, apparente, erat enim purus & ſerenus aër.

	Diſt. ♀ & ☉lis		Altit. ☉is	
Inter ♀ & ☉lem exortum	44	33	2	6
Eadem diſtantia repetita	44	35	2	30
Eadem vt prius repetita	44	33	3	26
Repetita vt prius	44	34	3	40
Repetita diſt. ♀ & ☉is	44	34½	3	50
Iterum repetita	44	34	5	26
Diſt. ☉ a ♀ repetita	44	34½	5	30
Eadem denuo repetita	44	35	5	49
Repetita vt prius	44	36	6	5
Eadem diſtantia	44	36	6	23
Repetita	44	36⅙	7	0½
Eadem vt prius diſt.	44	36⅔	8	31½
Diſt. repetita	44	39	9	34
Eadem diſt. repet.	44	39½	10	0
Diſt. adhuc repet.	44	39½	10	36
Diſt. adhuc repet.	44	39¾	11	50
Diſtantia	44	39⅝	12	20
Iterum repet. diſt.	44	40¼	12	36

Poſtea non capiebatur ♀ amplius a ☉le, ſiquidem non bene apparuit, vt ſimul cum ☉le videri poßet, ſed ad altitudinem eius meridianam attendimus, quæ, qua fieri potuit, inquiſitione, inuenta eſt, citra tamen rimulas pinnacidiorum.

Altitudo ♀ meridiana	21	7

Poterat autem eße paulo minor, quod ſequentis diej obſeruatio probabit.

Cumque ♀ tunc fuerit in primo gradu ♐, & Altitudo Æquat. ſit 39°41′30″ prouenit Declinatio ♀ 18 34 30
Decl. Eclipt. eius loci exiſtente 23 31
prouenit Lat. Borea ♀ 4 56½

Refractio autem & Parallaxis ſe hoc loco pariter ferme illidunt, niſi quod Parallaxis paulo maior ſit Refractione, ita vt Latitudo ♀ proueniat 4°58′quam proxime.

DIE 5 FEBRUARIJ, MANE.

H.	M.		Diſt. ♀		Alt. ♀	
5	52	A Corde ♏	28	30⅛	10	29½
5	55	Repetita	28	30½	10	57
5	57	A med. in fronte ♏	34	43⅝	11	5
5	54[1]	Repet. eadem	34	43½	11	43
6	4⅔	Repet. eadem	34	45	12	0
6	10	A Corde ♏	28	28	13	2
6	16	Denuo repetita	28	27½	13	18
		Eadem 5to repetita	28	28	13	30

Quando hæ diſtantiæ capiebantur inter ♀ & Cor ♏, habuerunt vtræque ſtellæ eandem quaſi altitudinem, vt ob id refractio parum diſcriminis ingerere potuerit quoad differentias Longitudinis. Erant autem circa Meridianum, quando hæ capiebantur Altitu-

[1] Sic in codice.

dines, ſtellæ in fronte ♏, ita vt maxime borea ſive ſuprema trium iuxta vltimam obſeruationem pertranſierit meridianum.

Poſtea ſumebatur diſtantia ♀ & Aquilæ pro Latitudine, tum quoque Declinatione eius experimentanda vt ſequitur.

H. M.			Alt. ♀
6 27	Diſt. ♀ & luc. Aq.	34 8	14 9
6 31	Eadem repetita	34 7½	14 21
6 33	Eadem 3tio repetita	34 7⅔	14 30

Deinceps obſeruabatur diſtantia ♀ a ♄ per pinnacidium laterale inuentum nouum

6 43	Diſt. ♀ & ♄	62 32	15 24
6 44½	Repetita	62 32	15 31
6 45	Repetita	62 32	15 36

Tranſiuit circa hæc tempora Cor ♏ per Meridianum.

Quia vero hæ diſtantiæ acceptæ ſunt per pinnacidium illud recenter impoſitum, quod prius in diſtantia inter Cor ♌ & Spicam plus iuſto habuit 3 M., idcirco & hic ferme illa minuta auferenda ſunt, vt ſit verior diſtantia inter ♄ & ♀ 62 29, Alt. 15 30.

Erat autem ♄ paulo altior ♀ ſupra Horizontem vtpote 4 vel 5 gradibus, cuius inquiſitio exactior fieri poteſt ex altitudine eius ſupputata ad tempus tranſitus Cordis ♏ per Meridianum, inquiſito loco ♄ ex prioribus obſeruatis. Erat autem proxime ſtationarius iuxta limitem maximæ Latitudinis Boreæ; ideoque locum ſuum inſenſibiliter variare potuit[1].

DIE 5 FEBRUARIJ.

Obſeruabatur diſtantia ♀ & ☉ vt ſequitur.

H. M.	Diſt. ♀ a ☉	Altit. ☉
7 53½	44 49⅔	4 17
7 55½	44 50⅓	5 56
7 58	44 53⅓	8 24
8 8½	44 54	9 0

Poſtea tranſiuit ♀ merid. habens altit. per Volub. 21 0⅙

Eſt autem hæc ♀ altitudo certior & exactior quam heſterna, ſiquidem hodie tunc temporis paulo ſerenius fuit, ita vt ♀ ſtella per vtraque pinnacidia conſpici potuerit, quod heri denegabatur. Ideoque tunc ſine rimulis pinnacidij obſeruata eſt.

N. B. Non poterat eße magna differentia, quia ♀ mutauit Latitudinem intra 9 dies ſequentes per 52′.

Deinde, poſtquam ♀ Meridianum tranſierat, denuo quinquies obſeruabatur eius a ☉le diſtantia.

	Diſt. ♀ & ☉	Altit. ☉lis
1	44 55	12 53
2	44 55½	13 3
3	44 55½	13 17
4	44 55½	13 40
5	44 56	13 50

DIE 12 FEBRUARIJ, MANE, qui erat dies ♄.

Obſeruabatur ♀ in hunc modum per Sextantem Orichalcicum.

	Diſtantia ♀	Altit. ♀
A Corde ♏	33 55½	8 51
Eadem repetita	33 56	9 11
Repetita	33 56⅛	9 40
Repetita	33 57	9 55
Repetita	33 57	10 5

Erant tum Cor ♏ & ♀ in eadem ferme altit.

A ſuprema in fronte ♏	39 30	10 20
Repetita	39 30⅛	10 35
Repetita	39 30½	10 55
Repetita	39 30½	11 10

Oriebatur tum ſupremum ☾æ cornu ſupra Horizontem admodum rubicundum.

Ab Aquila inter nubes	30 57	11 35
Repetita	30 57½	11 40
Repetita	30 58	12 10
Repetita	30 57⅚	12 25½

Nubes tum præpediebant, alias a ♄ & Spica etiam obſeruata fuißet.

[1] Deinde obſervata eſt diſtantia ☾ et ♀ vt inter obſervationes lunæ annotatum reperies (ſupra p. 202).

DIE 14 FEBRUARIJ.

Cum circa ortum ☉lis apprime ſerenus redderetur aër, obſeruabatur paulo poſt diſt. ☉ a ♀ vt ſequitur.

H. M.		Diſt. ☉ & ♀	Altit. ☉lis
8 6	I.	46 14½	6 22
8 11	II.	46 15	6 45
8 16	III.	46 15¼	7 36
8 24	IIII.	46 15⅓	8 5
8 45½	V.	46 15⅓	8 34
9 32	Tranſiuit ♀ Merid. habens Alt.	20 31¼	
9 40	VI.	46 15⅓	17 49
9 46	VII.	46 15½	18 14
9 51	VIII.	46 15½	18 8[1]
10 12	IX.	46 15½	21 19

N.B. Poterat circa vltimas tres obſeruationes ♀ eße vna cum ☉le quaſi in eadem altitudine, atque in eodem Horizontis parallelo: ideoque refractio, qualiscunque erat, parum diſcriminis ſuggerere potuit in ipſa diſtantia, ſed parallaxis, quæ etiam ferme eadem erat cum ☉le, vel potius paulo maior, vna conſideranda venit.

Notandum inſuper, quod a Die 5 Febr., quando ♀ erat in medietate 2di gradus ♐ prope Tropicum Hybernum, vsque in hunc diem 14, quando eadem fuit in medietate 10 gradus ♐, mutare deberet Declin. ſuam per 20 minuta eam minuendo. At quoniam Altit. merid. obſeruata a prædicto die vsque in hunc decreuit per 29 minuta, oportebit ♀rem interea Latitudinem ſuam Boream minuiße 49 proxime minutis, cum Alphonſina ratio non niſi 25 minuta ſuggerat, Coperniceis numeris propius huc facientibus.

DIE 15 FEBRUARIJ

qui vocabatur ♂, obſeruabatur ♀ vt ſequitur.

	Diſt. ♀ ab Aquila	Altitudo ♀
I.	29 48	12 50
II.	29 48½	13 6
III.	29 48½	13 17
IIII.	29 48½	13 31

[1] Sic in codice.

		Diſt. ♀ a Corde ♏	
	I.	36 31½	13 41
	II.	36 31½	13 52
6H29M	III.	36 31½	14 1½
	IIII.	36 31½	14 15½

Habuerunt autem Cor ♏ & ♀ circa vltimas obſeruationes eandem quaſi altitudinem, vnde Refractio nihil ferme diſcriminis ingeßit.

Poſtea corrigebatur Horologium ad ☉lem orientem H. 7 M. 3 & deinceps ſequentes diſtantiæ a ☉le in ♀ ſumebantur.

H. M.		Diſt. ♀ a ☉le	Altitudo ☉
7 26	I.	46 16	3 47
7 31	II.	46 16⅔	4 34
7 35	III.	46 17	5 7
7 38	IIII.	46 17½	6 4
7 58	V.	46 17⅔	8 18
8 4	VI.	46 17⅔	9 4
8 16	VII.	46 17⅔	11 2
8 20	VIII.	46 18	11 19 bona
8 53	IX.	46 18	15 14
8 57	Tranſiuit ♀ per Meridianum habens Altit.	20 30¾	
		Repetita diſt. ♀ a ☉	Altit. ☉
9 11	X.	46 18	17 12
9 15	XI.	46 18	17 37
9 18	XII.	46 18½	18 0
9 20	XIII.	46 18½	18 10
9 25	XIV.	46 18½	18 34

Tempora antecedentia ſunt ſatis correcta.

Ex his præſertim vltimis obſeruationibus liquet, remotionem ☉ & ♀ auctam fuiße ſolummodo tribus minutis, a conſimili ſitu in alterum, collatione antecedentis diej cum hoc facta. At iuxta Alphonſinum calculum debebant interea diſiungi 4 minutis ½; iuxta Coperniceum duplo ferme adhuc plus, vtpote 8½ M. Decreuiße autem videtur Latitudo ♀ Borea a die heſterno vsque in hunc per 5 minuta, habita ratione mutatæ interea Declinationis iuxta eum locum ♀is in prima decuria Capricorni com-

pleta, eadem adhibita ad differentiam vtriusque Altitudinis meridianæ decreſcentis, quæ erat ½ Minuti.

DIE 19 FEBRUARIJ
matutino tempore.

Cum denuo nonnulla ſerenitas, disperſis aliquantisper nubibus, affulſiſſet, ſequentia obſeruata ſunt præſertim propter ♀ ſtellam, quæ tunc appropinquabat maximæ digreßioni a ☉le matutinæ.

Circa H. 5⅛ ſumebatur Diſt. Cordis ♏
a Spica 45 54⅔
Eadem repetita 54 54⅔
Quin & poſtea, cum Cor ♏ appropinquaret Meridiano, eadem fuit 45 54⅔
H. 5½ Diſt. ♀ a Corde ♏ 40 4⅙ Alt. ♀ 7 44
Mox eadem repet. 40 4⅙
Eademque 3tio repet. 40 4⅙

Fuit circa tempus harum obſeruationum media frontis ♏ iuxta Meridianum.

H. 5¾ Fuit Diſt. ♀ a media in fronte ♏ 46 43½, Alt. ♀ 8 17

Mox nubes intervenientes non permiſerunt hanc obſeruationem reiterare.

DIE 21 FEBRUARIJ.

Poſt exortum ☉ reſtituta ſerenitate ſequentia a ☉le in ♀rem obſeruabantur.

Tranſiuit ſtella ♀ per Meridianum, habuitque altitudinem per Volub. 20 27
vtraque pinnacidij rimula
Paulo poſt Diſt. ☉lis & ♀ ter 46 40½
Idque ab altitud. eius ☉lis[1] 21 8
vsque ad altitudinem partium 21 38

Fuit itaque circa hoc tempus tam ☉ quam ♀ in conſimili ad inuicem quaſi altitudine iuxta æquidiſtantiam Horizontis. Vnde conſimilis ferme vtrobique refractio diſtantiam veram inſenſibiliter variat, cumque eadem fere vtrobique præſupponatur parallaxis, hæc diſtantia emendatione non indiget, ſed ex dato loco ☉lis viſo, quoad Aſc. Rectam & Declinationem, adhibita ♀ Declinatione etiam viſa, eius apparentem locum ſatis præciſe pandit, qui per parallaxin ſolam, ſiquidem refractio in tali altitudine inſenſibilis erat, ad locum verum redigi poteſt.

Poſtea iterum obſeruabatur ♀ a ☉ vt ſequitur.

Diſt. ♀ & ☉ 46 40⅓ Alt. ☉ 22 13
Eadem repetita 46 40½ 23 4
Iterum repetita 46 40½ 23 17

Ex his poteſt inquiri locus ♀ in maxima digreßione a ☉le, quæ circa hunc ipſum diem fuit: mutata autem eſt eius Diſtantia a ☉le ab vltimo die, quo pariter obſeruabatur, nempe 15 huius menſis, interuallo ſex dierum, iuxta obſeruationem noſtram M. 22. Iuxta Calc. Alphonſ. M. 17, iuxta Prutenicum M. 33. Deficit itaque Calc. Alphonſ. M. 5, Prutenicus abundat M. 11. Colligitur ex Cypriani Ephemeridibus, quod maxima digreßio debeat eße cras. E Magini poſt dies 5 vel 6.

DIE 22 FEBRUARIJ, MANE.

Hora Med. 5.[2] Diſt. ♀ Altit. ♀
a Corde ♏ 42 48⅓ 5 47
H. med. 5 Eadem repet. 42 47 6 4
Eadem repetita 42 46 6 15½
H. fere 5 Diſt. Cordis ♏ Alt. Cor. ♏
a Spica ♍ 45 53⅔ 14 7⅙
Paul. poſt. Med. 6 Diſt. ♀ repet. a Corde ♏ 42 49½ 7 20
Eadem repet. 42 49½ 7 37
H. fere 6 Eadem repet. 42 49⅔ 8 51⅙
H. 6 præciſe Diſt. ♀ ab Aquila 27 36⅓ 9 22
H. 6 M. 10 Eadem diſt. 27 37½ 9 48
Eadem repetita 27 37⅓ 9 59⅔
Altit. merid. Cordis ♏ 14 15⅔
H. paulo poſt 6. Diſt. ♀ a Corde ♏ cum eßent in eadem ferme Altit. ♀
altitudine 42 50⅚ 11 19
Eadem repetita 42 50⅚ 11 32⅔
Eadem tert. repet. 42 50⅚ 11 41
H. med. 7 fere Diſt. ♀ a ♄ per nov. pinnac. 77 52 12 12½
H. med. 7
Eadem diſt. repet. 77 51½ 12 29
Eadem repetita 77 52½ 12 36⅓

[1] Sic in codice.
[2] Id eſt, H. 4 M. 30.

Poſtea exorto iam ☉le & correcto horologio ad ☉lis ortum, ſequentia in diſt. ♀ a ☉le obſeruabantur.

H. M.	Diſt. ☉lis & ♀	Altit. ☉is
7 16	46 37½	3 27
7 20	46 37½ bis	3 42
7 40	46 38	6 28
7 45	46 39⅓ ter	7 15
7 49	46 41	7 35
7 50½	46 41⅓	8 0
8 8	46 42	10 20
8 10	46 42	10 36
8 12	46 42	10 50
8 30	46 41⅓	13 15
8 32½	46 42	13 31
8 34	46 42⅓	13 46
8 37	46 42	14 3
9 19 Tranſiuit ♀ per Meridianum habens Altit. vtraque pinnacidij rima		20 28½

N.B. Declinatio ♀ a die antecedente huc vsque adaucta eſt ſesquialtero ſaltem minuto, cum tamen promotio eius ratione loci eius reſpectu Eclipticæ a 16 nimirum vsque in 17mum gradum ♐ requireret, vt 8 minutis augeret Declinationem. Quæ igitur deſiderantur ob Latitudinem ♀ris Boream imminutam propemodum euenere, fuit ob id decrementum Latitudinis eius intra vnicam hanc reuolutionem quaſi 6 minutorum, cum Alphonſinus calculus ſaltem ⅓ largiatur, *iuxta Prutenicum calculum poterat ad ſummum eße 5 minutorum.*

Poſtquam ♀ tranſierat Meridianum.

H. M.	Diſt. ☉ & ♀	Altit. ☉
9 29	46 42⅓	20 3
9 31	46 42	20 24
9 34	46 42	20 38

N.B. Fuerunt tunc ☉ & ♀ in eadem quaſi altitudine ſupra Horizontem, ideoque refractio ſenſibiliter non obfuit, præſertim in tali altitudine.

9 47	46 42	21 57

Poſtea ♀ non ſatis diſcerni potuit.

N.B. Horologium quo vſus ſum in meridie mox ſequente 10 M. iuſto celerius mouebatur, quod proportionaliter corrigendum inde a tempore exortus Solis.

DIE 16 MARTIJ, MANE.

Aduentante tum aurora oriebatur ſimul ♀ admodum rubicunda, quæ ſic denotabatur.

H. M.	Diſt. ♀ a Corde ♏	Altit. ♀
5 0	66° 32′ 30″	5° 36′
	66 32⅓	6 42
	66 32⅓	6 51
	Diſt. ♀ ab Aquila	
	31 8⅓	7 1
	31 8½	7 20

Nubes tum rurſus totum cœlum inuoluebant, quæ etiam a ☉le eam obſeruari prohibebant.

DIE 22 FEBRUARIJ.

Inquiritur verus locus ♀ hoc modo. Primum a corde Scorpij.

Quia in eadem Horizontis Altitudine ♀ & Cor ♏ tempore obſeruationis fuerunt, Refractionis inſinuatio ſenſibiliter Diſtantiam alterare non potuit, retineatur ergo illa prout obſeruata eſt, tantum pro aberratione Sextantis 1½′ correcta & erit 42° 52′ 20″. Declinatio Cordis ♏ veluti Progymnasmata præbent 25° 25′ 15″.

♀ Altitudo Meridiana	20° 28′ 30″	H. 9 M. 20
Refractio aufert	2 0	S.
Parallaxis addit	3 52	A.
Altitudo vera	20 30 22	
Altitudo æquatoris	39 41 30	
Declinatio ♀	19 11 8	

Motus diurnus ♀ 58′; ab obſeruatione vsque ad tranſitum ♀ per Meridianum 3H, his debentur 7′ 15″ quibus tum anterior fuit. Declinatio interim mutatur

53''. Latitudo etiam decreſcit 30''. Declinatio ergo ♀ H. 6⅛ fuit 19°12'31''. Hinc Angulus diff. Aſc. R. 46° 4'37'', Aſc. R. ♀ 287°21' 7''.

Vice verſa a Sole. Altitudo ⊙ 13°30'
Refractio 8 15'' S.
Parallaxis 2 55 Latus Long. 8 43
Latitudo ⊙ viſa 5 20 Latus Lat. 59 22

Verus locus ⊙lis in Meridie ♌ 3° 18' 40''. Motus ⊙ diurnus 60'22''. Tempus intermedium H. 3 M. 30, his proportionaliter debentur 8' 48''. Vera long. ⊙lis tempore obſeruationis 3° 9' 52'' ♌, viſa 3° 9' 0'' ♌.

Declinatio reſp. Long. viſæ 10°23' 9'' M.
Latitudo eam minuit 5 21
Declinatio viſa ⊙lis 10 17 48
Declinatio ♀ 19 11 24
Diſtantia obſeruata 46 42 0

Verum quia Refractio 50'' in anteriora ⊙lem protruſit, tum etiam Sextans 1½' minus dedit, erit vera diſtantia 46°44'22''.

Angulus diff. aſcenſ.	47°36'20''	Aſc. R. ♀ antea inuenta	287°21' 7''
Aſc. R. ⊙	335 3 55	Reſp. H. 2 M. 10 add.	4 58
Aſc. R. ♀	287 27 30	Aſc. R. ♀ ex ♏ H. 8⅛	287 26 5

Aſcenſio Recta limitata ♀ 287°26'47'', Declinatio 19°11'24''M.
Reſpondet Verus locus ♀ 16°28'35'' ♐ *N.B. Erat ♀ in maxima*
Latitudo 3 20 13 B. *digreßione a Sole.*

Calculi ♀ cum Copern. & Alphonſ. collatio.

	Longit. obſ.	Copernic.	Diff.a	Alphonſ.	Diff.a
H. 8⅛	16°28'35'' ♐	16°52' 0''	23'25''p.	16°57'37''	29' 2''p.
	Latit. obſ.				
	3 20 13 B.	2 49 0 B.	31 13 m.	3 4 0 B.	16 13 m.

OBSERUATIONES MERCURIJ.

DIE 21 JANUARIJ.

Veſperi poſt occaſum ⊙lis admodum diſcrete videbatur ☿ ſtella, adeo vt magnitudine certaret cum ſtellis primi honoris, & ſcintillabat etiam inſtar Fixarum, fuitque Altitudo eius, cum primum cerneretur, quaſi 10 G. Sed non potuit obſeruari ab vllis Fixis, quia Cœlum erat alibi nubibus ſubraris obductum.

DIE 23 JANUARIJ.

Statim ab occaſu ⊙lis obſeruabatur ☿ in hunc modum vt ſequitur.

Quamprimum ☿ videri potuit & nondum ſtellæ fixæ apparerent, a quibus diſtantia eius capi poßet, ſumebatur altitudo eius prout fieri potuit 9⅙ G.
atque Declin. ☿ 14 3
Rurſus alt. eius 8 2⅙
Declin. ☿ 15 3
Altitudo cum pinnacidijs per Volub. 5 50
Declin. ☿ 14 3½
Poſtea capiebatur per Sextantem maiorem Diſt. ☿ a lucida in pectore Cygni 48 52½
Per minorem Chalyb. Sextantem eiusdem[1] Diſtantia eodem inſtanti capiebatur 40 25½
Fuit autem tunc altit. ☿ 5 20

[1] Debet eße lucidæ in cauda Ceti.

Et Declinatio eius			
per Armillas	*14*	*4*	
Diſtantia ☿ a pectore Cygni repetita			
per maiorem Sextantem	*48*	*52*	
corr.		55	
Per minorem ab altera			
vt prius	*40*	*25*	
Fuit tunc altit. ☿	*4*	*4*	
Repetita diſt. a Cauda Ceti			
per maiorem Sextant.	*40*	*22½*	
Corr.	40	24	(23)
Fuit tunc Altit. ☿	*3*	*45*	
Et Declin. eiusdem	*14*	*4½*	
Repetita Diſt. ☿			
ab auſtr. Cauda Ceti	*40*	*22½*	
Fuit tunc Altit. ☿	*3*	*24*	
Eiusdem Declinatio	*14*	*5*	
Poſtea ſumebatur Diſt. ☿			
a Lucida in ore Pegaſi			
per Sextant. maiorem	*22*	*13*	35
			corr.
Fuit tunc ipſius Altitudo	*2*	*41*	
et Declinatio eiusdem	*14*	*6*	
Repetita mox eadem diſt.	*22*	*12*	
Altit. ☿ tunc fuit	*1*	*54*	

Poſtea iuxta Horizontem inuoluebatur ☿ craßis admodum nubibus, vt amplius hac veſpera videri nedum obſeruari nequierit.

N.B. Declinatio ☿ eſt limitata iuxta Declinationem Syrij in eadem quaſi altitudine occidentis, vnde refractio inſenſibiliter quid importat. Sed tamen non nimis fidendum huic Declinationi, ob Armillas nondum ſatis correctas, at potius diſtantijs per Sextantem in triangulum redactis & limitatis ob refractionem.

DIE 24 JANUARIJ.

Poſt occaſum ☉lis obſeruabatur ☿ quam primum videri potuit vt ſequitur.

Inter ☿ & lucid. in Cauda Cete			Alt. ☿	
H. 5½	Diſt.	40 7	5	0
5⅜	Repetita	40 6	4	27
5⅝	Repetita	40 5	4	0
5 55	Repetita	40 4	3	36
6 0	Repetita	40 4	3	0

N.B.[1] ☿ circa hunc & antecedentem diem iuxta Copernicum erat prætergreßus limitem maximæ remotionis a ☉le; iuxta Alphonſum adhuc remotior fieri potuit, ſed obſeruatio potius ſtat a partibus Copernici.

Iuxta tres vltimas obſeruationes fuit Sirij lucida verſus ortum æque ferme eleuata ſupra Horizontem atque ☿, id eſt inter 3 & 4 altitudinis gradum.

Paulo poſt 6tam diſtabat ☿		Altit. ☿	
ab ore Pegaſi	21	37	2 10
H. 6⅛ Eadem diſt.			
repetita	21	35	1 55

Poſtea non amplius obſeruari poterat ☿ hac veſpera, ſed ex his ipſis, ſiquidem triangulum ſatis bene diſpoſitum fecerit cum duabus Fixis a quibus capiebatur, poterit inquiri eius Longitudo & Latitudo, quæ tamen ob refractionem & parallaxin poſtea limitandæ ſunt.

OBSERUATIONES STELLARUM FIXARUM.

N. B. Iuxta ſolſtitium hybernum præcedens pro eleuatione poli in Arce Benatica conſtituenda exacte, hæc capiebantur aliquoties prout ſerenitas tulit ante & iuxta initia huius anni ſequentis.

Altitudo ſtellæ			
polaris maxima	*53*	*9*	*15*
eiusdem minima	*47*	*27*	*5*
Diameter circelli quem			
deſignat	*5*	*42*	*10*
Eius dimidium,			
diſt. a polo	*2*	*51*	*5*

Ergo eleuatio poli prouenit	*50*	*18*	*10*
Hanc antea adinuenimus	*50*	*18*	*25*
Ex altitudine cordis ♌			
correcta	*53*	*35*	
Eius declin. hoc tempore	*13*	*53¾*	
Ergo altitudo æquatoris	*39*	*41¼*	
Et ob id altitudo poli	*50*	*18¾*	

[1] In margine adſcripta.

Quam conferemus cum ea quæ e ſtella polari verſus ſeptent. Nam differentia dimidiata limitatur.

Paulo aliter idem.

Altit. maxima obſeruata	*53*	*9*	*15*
Diſtantia noſtra a polo	*2*	*51*	*10*
Altitudo poli	*50*	*18*	*5*
Altit. e corde ☊	*50*	*18*	*40*
Differentia			*40*
Ergo polus	*50*	*18*	*25*
Altit. poli e ſtella polari	*50*	*18*	*10*
e corde ☊	*50*	*18*	*45*
Differentia vtriusque			*35*
Cuius dimidium eſt			*18*
Quod additum priori facit	*50*	*18*	*28*

Satis itaque præciſe ſcopum attigerimus ſtatuentes eleuationem poli Benaticæ 50 18½ } quibus & altit. æquat. 39 41½ } vtendum

Pragæ adinueni poli			
ſublimitatem	*50*	*4½*	
Quod alij faciunt	*50*	*7*	

N.B. Girzitz prope ciuitatem Coſtelenz, diſtans Benatica verſus Pragam fere duobus magnis miliaribus, vbi per ſeptem hebdomadas, interea dum lues Benaticæ remitteret, inuenta eſt pariter habere poli altitudinem 50 16.

NOCTU QUÆ PRÆCEDEBAT 1 JANUARIJ, BENNACHIÆ.

Altit. merid. cordis ☊		
per Volub.	53	34⅝
Luc. ceruicis ☊	61	31
Poſtea obſeruabatur altit.		
minima Polaris	47	27⅛
cum eßet in perpendiculo cum Schedir Caßiopeæ.		
Elapſa hora rurſus		
per Sextant.	47	36⅛

Lunam propter nubes denſiores obſeruare non potuimus.

DIE 2 JANUARIJ.

Veſpera obſeruabatur Altit. Polaris		
maxima Sextante	53	9⅛

EA NOCTE QUÆ PRÆCESSIT DIEM 20 JANUARIJ.

Pro explorando Quadrante Volubili, quo ceteræ Altitudines Meridianæ acceptæ ſunt, ſequentes ſtellæ in ipſo meridiano capiebantur.

	Altit. obſ.			Debuit eße		
Prima Arietis	57	0	10	56	59	46
Lucida Arietis	61	15	50	61	14	0
Borealis Oculus Tauri	57	55	0	57	55	52
Aldeboran	55	21	0	55	19	51
Superius Caput ♊	72	23	30	72	22	37
Inferius Caput ♊	68	36	30	68	37	34
Lucida Hydræ	32	45	30	32	44	45
Lucida Capitis ☊	65	16	0			
Cor ☊	53	35	0	53	35	16
Lucida Ceruicis ☊	61	32	10	61	31	57
Cauda ☊	56	31	0	56	30	50
Tertia alæ ♍	40	27	40	40	27	59
Spica ♍ dubia	30	32	30	30	40	37

NOCTE PRÆCEDENTE 22 JANUARIJ.

Obſeruabatur ſtella Polaris			
in minima ſua Altitudine admodum diligenter	47	27	20
Cumque eius diſtantia nunc a Polo ſit	2	51	10
Prouenit eleuatio Poli exacte	50	18	30

Quod cum antecedentibus obſeruationibus limitatis conſentit.

Pro examinando Sextante capiebantur aliquot diſtantiæ eadem nocte,			
vti inter Cor ☊ & Spicam	53	59	bis
Poſtea eadem denuo			
inuenta eſt	53	57½	
Debuit autem re vera eße	54	2	

Vnde patet, Sextantem deficere circa finem ſui arcus 3 vel 4 minutis aut paulo amplius.

Inter Cor ☊ & tertiam alæ obſeruata diſtantia eodem Sextante			
	ter	40	22¼
Debuit autem re vera eße		40	21¼

Ergo hic abundat Sextans vno Minuto cum prius minus habuerit. Quare die ſequente vitium hoc Sextantis inquiſitum eſt, & inuentum quod arcus

ſe paululum contraxerat, nec centro ſuo reſponderet, quod correctum eſt quantum fieri potuit. In diſtantijs autem antea per eundem obſeruatis poteſt fieri limitatio, prout fixæ ſtellæ, quarum diſtantiæ patent, in conſimili quaſi intercapedine requirunt.

Nocte præcedente diem 24 Januarij.

Primum pro examinando Sextante ſumebatur intercapedo Aldeboræ & luc. pedis ♊	29	12
Debuit eße	29	9
Eadem diſtantia repetita	29	12
Altitudo Merid. pedis Sirij per Volub.	21	50
Eadem repetita per Sext. Orich.	21	52
Altit. merid. luc. pedis ♊ per Volub.	56	22½
Diſt. Aldeb. & ſuperior. ♊	43	18½
Eadem repetita	43	18½
Debuit eße	43	12½
Diſt. Aldeb. & inf. Capitis ♊	45	2⅓
Debuit eße	45	5½
Altitud. Merid. Sirij	23	30⅚
Repetita diſt. Aldeb. ab infer. Cap. ♊	45	2⅓
Altit. Merid. eius quæ in coxa poſteriore Sirij	11	17⅔
Altit. Merid. lucidior. in poſter. parte Argo Nauis	13	57
Altit. Merid. ſup. Cap. ♊ per Volub.	72	23⅙
Altit. Merid. infer. Capitis ♊	68	35
Alt. Mer. Procyonis per Vol.	45	51⅙
Eiusdem altit. Merid. per Sext. Orichalc.	45	52⅔
Altit. Merid. Cordis ♌	53	33⅚
Altit. Merid. Luc. Ceruicis ♌	61	31½
Diſt. Cordis ♌ a 3tia alæ ♍ pro examine Sextantis	40	23
Debuit eße	40	24 53
Eadem denuo repetita	40	23

DIE 24 JANUARIJ.

Eadem nocte[1] pro examinando Sextante atque Quadrante obſeruabantur aliquot Fixæ ſtellæ, quamdiu ſudum erat, vt ſequitur.

Diſt. inter Aldeb. & Lucid. ♈	35	34⅓
Repetita bis exactißime	35	34⅓
Debebat eße	35	32
Inter Aldeb. & dext. hum. Or.	21	27
Repetita	21	26
Repetita	21	25¾
Repetita	21	25¾
Debebat eße	21	25 10
Diſt. inter vtrosque humeros Orion.	7	32⅓
Repetita quater	7	32⅓
Debebateße	7	30⅔
Altit. Merid. ſiniſtri humeri Orionis per Volub.	45	36
Debebat eße	45	36 30
Altit. Mediæ Balthei Orionis per Sextantem	38	8½
perVolub. eadem ſumpta	38	8⅔
Debebat eße	38	11 30
Alt. Merid. ſin. ped. Or. per Sext.	25	48⅔
per Volub.	25	49
Alt. Mer. ſeq. hum. Or. per Sext.	46	55⅓
per Volub. eadem	46	55½
Debebat eße	46	57½

Poſtea cœlum obuoluebatur denſis nubibus, ita vt nulli Planetæ hac nocte obſeruari potuerint, nec etiam plures ſtellæ Fixæ. Die ſequente erat vdum cœlum & tempeſtuoſum, quod Sol hoc die 24 exoriens iconem ſuum paulo ſupra ſe in nubibus rariuſculis expreſſerit, inſtar fere genuini Solis, adeo vt lumen aliquale ederet.

NOCTE QUÆ PRÆCEDEBAT 3 FEBRUARIJ.

Pro examinando Sextante.

			Debuit eße
Diſt. inter Aldeb. & Lucid. ♈	35	35½	35 32
Repetita II	35	35½	
Repetita III	35	35½	
Diſt. inter Aldeb. & 2dam ♈	38	22	38 21⅔
Repetita	38	23½	
Repetita	38	23	

[1] Poſt obſeruationes Mercurij.

Inter Merid. Caput ♊ & Calcem ♊	19	29½	19 28
Repetita bis	19	29½	
Inter Aldeb. & Lucid. ♈ per Orich. Sext.	35	31½	35 32

Patet itaque quod Orichalc. Sextans rectius quadret, cum ſaltem ½′ deficiat, quare in omnibus diſtantijs ſequentibus eo vſi ſumus.

Diſt. inter Cor ♌ & Bor. Cap. ♊	40	32	*Debuit eße*
Repetita ter	40	32	40 32
Alt. Mer. lucid. ped. ♊	56	22⅓	
Altit. Merid. Sirij	23	32⅓	
Altit. Merid. ſuper. Cap. ♊	72	24⅓	
Muralis meridianæ altitudines præbent 50 6½, ſed quoniam fixus hic Boream verſus explorari non poteſt, ſi eleuationem Poli Pragenſis aßumpſerimus 50° 5′ 45″, inſenſibiliter aberrabimus.

DIE 4 MAIJ.

Alt. Merid. caudæ ♌		
Volub.	56	43½
Chalybeo	56	42⅓
Murali pinn. ſuper.	56	42⅚
infer.	56	44

DIE 9 MAIJ.

Pro explorando Sextante.

Diſt. inter infer. cap. ♊		
& caudam ♌	36	59
Bis repetita	36	59
Vera	36	59⅔

N.B. Ad finem Maij declin. exacta

Spicæ ♍	*9*	*1*	*20*
Stellæ Polaris	*2*	*50*	*42*

iuxta obſeruata in Dania prius facta.

DIE 12 MAIJ, VESPERI.

Obſeruabatur Altit. Polaris minima						
Volubili				47	15	
Chalybeo				47	15⅛	
	47	*15*		*47*	*15*	*10*
	2	*50*	*45*	*2*	*50*	*45*
Alt. Poli	*50*	*5*	*45*	*50*	*5*	*55*
Medium vtriusque				*50*	*5*	*50*
Die 3 Maij Spica Chalybeo				*30*	*53*	
				9	*1*	*15*
Altit. Æquat.				*39*	*54*	*15*
Poli				*50*	*5*	*45*
Pone alt. Poli Pragæ				*50*	*5*	*45*

DIE 14 MAIJ.

N.B. Iuxta finem Maij			
Declin. Spicæ ♍	*9*	*1*	*20*
Comp. Polaris	*2*	*50*	*42*
9ʰ29ᵐ Alt. Polaris Mer. min.			
Volub.	47	15	
Chalybeo	47	15⅛	
9 52 Alt. Merid. Spicæ ♍			
Murali pinn. ſup.	30	51¾	
infer.	30	52⅙	
Chalybeo	30	53⅙	
Volubili	30	53	

	Chalybeo			*Volubili*		
Alt. Spicæ	*30*	*53*	*10*	*30*	*53*	
Declin.	*9*	*1*	*20*	*9*	*1*	*20*
Alt. Æquat.	*39*	*54*	*30*	*39*	*54*	*20*
Alt. Poli	*50*	*5*	*30*	*50*	*5*	*40*
Polaris ſtella	*47*	*15*	*15*	*47*	*15*	*0*
	2	*50*	*42*	*2*	*50*	*42*
E Polari	*50*	*5*	*57*	*50*	*5*	*42*
E Spica	*50*	*5*	*30*			
Medium	*50*	*5*	*43*			

DIE 15 MAIJ.

Alt. Mer. 3ᵗⁱᵃ alæ ♍		
Volubili	40	40½
Chalybeo	40	40⅝
Mur. pinn. ſuper.	40	40⅔
9ʰ50ᵐ Alt. Polaris min.		
Volubili	47	15
Chalybeo	47	15¼

Prouenit hinc limitate Polus 50 5 35
At prius eadem e Spica 50 5 45
Si itaque medium acceperimus, inſenſibiliter aberrabitur, vt ſit 50 5 40

	Volubili			Chalybeo		
Alt. 3tiæ alæ ♍	40	40	30	40	40	50
Declin.	0	46	3	0	46	3
Altit. Æquat.	39	54	27	39	54	47
Eleu. Poli	50	5	33	50	5	13
Altit. Polaris	47	15		47	15	15
	2	50	42	2	50	42
Eleu. Poli	50	5	42	50	5	57
Ex 3tia alæ	50	5	33	50	5	13
Medium	50	5	37	50	5	35

DIE 21 MAIJ.

9H10M Altit. Merid. Polaris min.

Chalybeo	47	15
Volubili	47	15

9 27 Altit. Merid. Spicæ ♍

Volubili	30	53
Murali pinn. ſup.	30	52⅔
Chalybeo	30	52⅚

11 17 Altit. Merid. Lancis Bor.

Volubili	32	4⅓
Chalybeo	32	4⅙
Murali ſuper.	32	4

DIE 28 MAIJ.

Pro examinando Sextante.

Inter Spicam &

lancem Boream	27	32¾
Repetita	27	32¾
Vera diſtantia	27	34

Alt. Mer. lancis Boreæ

Volubili	32	4⅙
Chalybeo	32	3¼
Murali pinn. ſup.	32	4

DIE 4 JUNIJ.

2H34M tranſibat Lucida Vulturis per merid. habens altitudinem

Volubili	47	48⅙
Chalybeo	47	48⅓
Murali pinn. ſuper.	47	48⅓
infer.	47	48½

Declinatio Vulturis nunc 7 53 20
Altitudo obſeruata 47 48 20
Altit. Æquat. 39 55 0
Poli 50 5 0
Altit. Polaris per Chalyb. 47 15 15
Diſt. a Polo 2 50 45
Alt. Poli 50 6 0
Prius erat 50 5 0
Altitudo vera 50 5 30
Pone itaque altitudinem Poli ex aquilæ lucida & Polari limitatam 50 5 30

DIE 29 JUNIJ.

Pro explorando Sextante.

Inter Lyram &

lucidam Coronæ	39	40½
Bis repetita	39	41
Debebat eße	39	42¼

Diſtantijs itaque obſeruatis addendum eſt 1¼ vt veræ habeantur.

DIE 18 JULIJ.

Paulo ante mediam noctem tranſibat Lucida Vulturis per merid. habens altitudinem

Volubili	47	47½
Murali	47	47¾
Chalybeo	47	48½
Altit. obſeruata	47	47 40
Declin. Vulturis	7	53 20
Altit. Æquat.	39	54 20
Eleuatio Poli	50	5 40

DIE 10 OCTOBRIS, MANE.

H. 3. Pro explorando Sextante capiebatur diſtantia inter Aldeb. & infer. caput ♊

Diſtantia repetita	45	4
Repetita bis	45	3⅝
Eadem diſtantia repetita	45	3⅝
Debet eße	45	5½

DIE 11 OCTOBRIS.

Pro examinando Sextante capiebatur

Diſt. inter Aldeb. & Procyon.	46	20⅓
Eadem repetita bis	46	20⅓

Die[1] 13 Octobris M.D. Tycho Brahe Dominum a Mincowiz ad cœnam Illuſtriſſimi Domini a Roſenberg comitatus, retentâ præter moram urinâ conſedit. Cum paulo largius biberetur, ſentiretque veſicæ tenſionem, valetudinem civilitati poſthabuit. Domum reverſus urinam reddere amplius haud potuit. Erat hoc initio morbi Luna in oppoſito Saturni et quadrato Martis, in Tauro, et Mars eo loco quem ſibi Tycho Orientem gradum conſtituerat. Transactis quinque diebus inſomnibus, cum graviſſimo cruciatu, vix tandem urina proceſſit, et nihilominus impedita. Inſomnia ſequebantur perpetua, febris interna, et paulatim delirium: ratione victus, a qua prohiberi non poterat, malum exaſperante. Ita die 24 Octobris, poſtquam delirium aliquot horis remiſiſſet, victâ naturâ, inter conſolationes, preces et lacrumas ſuorum placidiſſime expiravit.

Ab hoc itaque tempore ſeries obſervationum cœleſtium interrupta eſt, finisque impoſitus triginta octo annorum annotationibus.

Nocte, quam ultimam habuit, per delirium, quæ omnia ſuaviſſima fuere, creberrime hæc verba iteravit, quaſi qui carmen texit:

NE FRUSTRA VIXISSE VIDEAR.

Quem proculdubio ceu colophonem operibus ſuis addere, eaque his verbis poſteritatis memoriæ et uſibus dedicare voluit.

[1] Manu Ioannis Kepleri conſcripta.

APPENDICES AD OBSERUATIONES ANNI 1601.

I. TABULA PRO RADIO MINORI.

P	G M S							
1	0 13 30	26	5 49 24	51	11 18 0	76	16 36 24
2	27 10	27	6 2 36	52	31	77	48 36
3	40 30	28	15 48	53	44	78	17 0 48
4	53 50	29	29 0	54	57	79	13 0
5	1 7 30	30	42 12	55	12 10	80	25 12
6	21	31	55 48	56	23 36	81	37 24
7	34 30	32	7 9 12	57	36 24	82	49 36
8	47 50	33	22 36	58	49 12	83	18 1 48
9	2 1	34	36 0	59	13 2 0	84	14 0
10	14 45	35	49 24	60	14 48	85	26 12
11	28	36	8 2 24	61	27 36	86	38
12	41 30	37	15 36	62	40 24	87	50
13	55	38	28 48	63	53 12	88	19 2
14	3 8 30	39	42 0	64	14 6 0	89	14
15	22	40	55 12	65	18 48	90	26
16	35	41	9 8	66	31 12	91	38
17	48	42	9 21	67	43 48	92	50
18	4 2	43	9 34	68	56 24	93	20 2
19	16	44	9 47	69	15 9 0	94	14
20	29 24	45	10 0	70	21 36	95	26
21	42 38	46	13	71	34 12	96	38 12
22	56 12	47	26	72	46 48	97	49 48
23	5 9 36	48	39	73	59 24	98	21 1 24
24	23	49	52	74	16 12 0	99	13 0
25	36 24	50	11 5	75	24 36	100	24 36

II. OBSERUATIONES ALIQUOT PLANETARUM ♄, ♃, ♀ A DAVIDE FABRICIO FACTÆ ANNO 1601.

OBSERUATIONES SATURNI.

DIE 21 JANUARIJ, DIE ☿.

Mane hora 6. Circa □ ♄ & ☉.

♄ a Spica	22	19½
a Lance boreali	7	7
ab Arcturo	35	1 fere
a Capite Ophiuchi	47	38
♄ Altitudo meridiana	23	49
Alt. merid. Lancis Bor.	28	32

DIE 11 FEBRUARIJ, DIE ☿.

Pro △ ♄ & ☉.

H. 5 A. M. ♄ a Spica ♍	22	35 ex.[1]
ab Arcturo	35	4½ ex.
a Cap. Ophiuchi	47	24 ex.
♄ a clara in hum. dext. Oph.	45	20

DIE 17 FEBRUARIJ ♂, MANE.

Hora 5½ ♄ a Spica	22	31 ex.
ab Arcturo	35	1 ex.
a Cap. Ophiuchi	47	25
a Clune fin. Oph.	24	47 f.

4 APRILIS DIE ♄.

Pro ♂ ♄ & ☉. Inter 1 & 2 A. M.

♄ a Spica	20	22
ab Arcturo	33	45
a Capite Ophiuchi	48	48

[1] Id est, exacta obseruatio.

10 APRILIS DIE ♀ MANE.

Hora 3 ♄ & Arcturus	33	31
♄ & Spica	19	57

11 APRILIS VIGILIA PASCHÆ.

Mane hora 1 A.M. die ♄.

♄ ab Arcturo	33	30
a Cauda ☊	51	51½
Capite Ophiuchi	49	10
Spica	19	54½

21 APRILIS DIE ♂.

Pro ☍ ♄ & ☉.

Hora 12 P. M. ♄ a Spica	19	4½
a Lance bor.	9	10 p.pl.
Lance auſtrali	3	35 f.
Cauda	51	4
Capite Ophiuchi	49	44½
Altit. merid. ♄	25	6½
Altit. merid. caudæ ☊	53	11

Exacta obſeruatio. Huic vltimæ obſeruationi quam maxime fidendum, ſi quidem propinqua erat ☍ Solis intra triduum.

OBSERUATIONES IOUIS.

DIE 2 JANUARIJ.

Per nubes obſeruaui

♃ ab Arcturo	39	50 ex.
a collo ☊	29	0 circiter

Fuit cœlum obſcurum per totas fere 6 ſeptimanas (mirabile dictu).

DIE 21 JANUARIJ, MANE.

H. 6 ♃ ab Arcturo	39	19½
a Regulo	27	0
a Cauda ☊	12	0

☍ ♃ ☉.

3 MARTIJ DIE ♂ VESPERI.

Hora 7 ♃ a cauda ☊	10	46
Regulo	22	16
capite Hydræ	34	0

N.B. ♃ *ante 5 dies fuit in* ☍ *medij loci* ☉.

DIE 13 MARTIJ, DIE ♀.

Hora 7 P.M. ♃ a Regulo	21	1
cauda ☊	10	48 f
capite Hydræ	33	11

♃ *prætergreßus* ☍ ☉ *per dies 14.*

△ ♃ ☉.

21 APRILIS DIE ♂ VESPERI.

Hora 9 P. M. ♃ ab Arcturo	45	20
a Regulo	18	6
♃ a lucida lumbi ☊ vel boreali 3 in fine aſterismi ☊	14	47
♃ a cauda ☊	11	29½
Altit merid. ♃	44	40½

OBSERUATIONES VENERIS.

Pro digreßione maxima A° 1601.

21 APRILIS DIE ♂.

Hora 8½ p. Merid. in alt. ♀ 30 vel 25 Gr.		
♀ a Capella	22	3
Procyone	30	22½
Mer. Capite ♊	21	40½

DIE 23 APRILIS.

Hora 8½ P. M.		
♀ a Capella	22	58½
Procyone	28	51½
Mer. Cap. ♊	19	39½

OBSERVATIONES SEPTEM COMETARUM

APPARENTIUM ANNIS A CHRISTO

1	1577
2	1580
3	1582
4	1585
5	1590
6	1593
7	1596

HVENNÆ DANIÆ VBI POLUS ELEVATUR
P. 55 M. 54½ LONGITUDO ♉ 37
♋
VRANIBURGJ

Nota. Diſtantias omnes obſeruatas & in hoc libro Cometæ anni 77 annotatas ſuo loco limitaui, partim ob inſtrumenti parallaxin, partim ob quandam inſtrumenti deuiationem interdum coincidentem. Non enim tunc maiora & certiora inſtrumenta parata habebam.

Tabula parallaxeos ſextantis, quo in his obſeruationibus vſus ſum.

G.	M.	S.	G.	M.	S.
1	1	9	16	18	15
2	2	17	17	19	22
3	3	25	18	20	28
4	4	34	19	21	34
5	5	44	20	22	40
6	6	53	21	23	45
7	8	2	22	24	50
8	9	10	23	25	54
9	10	19	24	26	57
10	11	27	25	27	59
11	12	36	26	29	1
12	13	44	27	30	3
13	14	52	28	31	5
14	16	0	29	32	7
15	17	7	30	33	8

In omnibus obſeruationibus ſequentibus per Sextantem ſubtraxi debitam parallaxin.

OBSERVATIO COMETÆ
QUEM PRIMUM CONSPEXI HUENÆ ANNO 1577,
NOUEMBRIS DIE 13[1].

Viſus eſt hic Cometes a quibusdam nautis die 9 Nouembris. Vnde ego conijcio, ipſum incepiße die 10 Nouembris in Ecliptica in 21 parte ♐.

Die præſcripto ſtatim poſt occaſum Solis obſeruaui ex improuiſo Cometam apparentem verſus occaſum inter Solem & Lunam nouam, cuius ſtatim diſtantiam a ☾ accepi P. 18 M. 50, hora exiſtente 5ta pomeridiana (Fuit hora 5½).

Dein ad ipſam Cometæ habitudinem conuerſus, deprehendi colorem eius liuida albedine in capite, qualis eſt ſtellæ ♄ triſte lumen producere, cauda ipſius paulo rubicundiore apparente, & in partem Soli aduerſam exquiſite exiſtente.

Quantitas diametri capitis erat 7 M. aut 8.

Cauda vero Cometæ protracta apparebat vsque in cornua ♑ idque arcualiter eo modo, vt, ſi in caudæ eiusdem ſtellas ſuperior caudæ pars produceretur, arcum quendam in hunc modum efficeret.



Hora 5½ ἐν πλάτει per Radium deprehendi eius diſtantiam a lucidiori Vulturis volantis 26 50

Paulo poſt etiam diſtantiam ipſius ab inferiori meridionaliorique cornu Capricorni deprehendi 21 40

In quam etiam caudæ extremitas ſuperior producebatur, ipſa interim cauda inter Cometæ caput parum gibboſa exiſtente verſus Zenith (Fuit hora 6).

Oriebatur circa hoc tempus, quo has obſeruationes perfeci, caput ♊ meridionalis.

Erat autem tunc temporis locus capitis Cometæ in linea recta, quæ ducitur inter binas extremas in ſiniſtra ala Cygni, per Vulturis volantis lucidam, idque in limitibus viæ lacteæ, vbi ea in duos ramos porrigitur.

Ex his obſeruationibus colligitur in globo longitudo capitis Cometæ in 7 G. ♑, latitudo vero ſeptentrionalis 8 P. 35 M.

Cum vero pars media inter humerum inferiorem Orionis & balteum oriebatur, viſum eſt crinitæ caput per coniecturam occidere, interuenientibus tamen nubibus & huius rei certitudinem prohibentibus.

Affirmabat quidam ſe priori veſpere fulgur quoddam ignotum verſus occaſum vidiße, & propter ignoratam cauſam exiſtimaße fuiße incendium. Vnde exiſtimo hanc crinitam etiam priori veſpere extitiße, propiorem tamen Soli, ideoque minus apparuiße.

DIE 14 NOUEMBRIS.

Hora 4 M. 50 Inter corpus Cometæ & limbum ☾ ipſi proximum per Radium 26 25

Inter Vulturem volantem & crinitam	*23 45*	*hora exiſtente 5ta*
Inter inferiorem cornuum ♑ & crinitam	*18½*	*hora exiſtente 5½*
Inter ♄ni vero ſtellam & crinitam	*10 12*	*hora exiſtente 5¾*

Cauda vero Cometæ non amplius porrigebatur in heſternum locum, ita vt ſupremitas finis eius tangeret inferiorem ſtellam cornuum ♑, verum in-

[1] E codice N. Cfr. T. IV p. 11 ſqq.

ferior pars extremitatis caudæ attingebat ſupremam ſtellam cornuum ♑ eadem incuruata parum exiſtente vt prius.

Per ſextantem aſtronomicum deprehendi
inter inferiorem in cornu ♑ & crinitæ caput *p. 18 M. 50 hora 6⅛*
Hora vero exiſtente 6⅛ deprehendi per Sextantem eiusdem crinitæ diſtantiam a lucidiori Vulturis volantis *23½*
Deinde cum caput crinitæ occidere videbatur, tendens ad occaſum, cingulo vero Orionis iam tum ortum petente, diſtabat caput crinitæ a Vulture volante per Radium *22 50*

Ex his colligitur longitudo ſtellæ in 9 g. ♑ cum latitudine ſeptentrionali 10 exquiſite graduum, diſtans a priori loco partibus exquiſite tribus, tendens per Zenith in orientem.

DIE 15 NOUEMBRIS.

Hora 5ta M. 3 Erat per radium inter Cometam & Vulturis lucidam p. 20 30
Hora 5 13 per Sextantem, ablata parallaxi inueni eandem diſtantiam 20 30
Erat autem tunc temporis Cometa cum Vulturis lucida fere in vno verticali circulo.
H. 5 25 obſeruaui Cometam in illa altitudine & Azimut, quæ in Quadrante ſunt aßignata. De his nihil certi[1].
5 43 Inter inferius cornu ♑ & Cometæ corpus partes *17 0*
(Oportet hic eße errorem, pone 16½).

Extremitas caudæ Cometæ porrigebatur verſus ſtellas in linteo ſiniſtræ manus ♒, diſtabat vero inferior pars caudæ a ſeptentrionaliori cornu ♑ æquali interuallo cum diſtantia earundem duarum ſtellarum in cornubus Capricorni.

Color Cometæ viſus eſt adhuc pallida & liuida albedine obſitus, cauda vero quo propior capiti eo erat lucidior, in fine obſcurum liuorem præ ſe ferens. Erat autem acuminata in hunc modum.



* manus ♒

DIE 20 NOUEMBRIS.

Quoniam præcedentibus diebus in horizonte Huenenſi non fuit ſerenum, die 18 admodum obſcuro & nebuloſo exiſtente, 19 vero tempeſtate ventorum & pluuiarum ſæuiente, 20 vero die circa meridiem minori aura facta, horologium adaptaui ad lineæ meridianæ vmbram Solisque in meridie Altitudinem deprehendi 12p 25'. Veſperi autem poſt ☉ occaſum, etſi non vsque adeo erat ſerenum, tamen hæc ſatis diligenter obſeruaui.
Hora 5 M. 15 Diſtabat Cometæ caput a lucida Vulturis exquiſite *11 6*
per vtrumque Inſtrumentum.

Et quoniam propter nubes aliam ſtellam obſeruare non licuit, cum qua prope faceret triangulum, obſeruaui in eodem inſtanti, quod linea recta, quæ ducebatur a Lyra per Vulturem, relinquebat Cometam verſus occaſum ad ſpatium fere vnius gradus, in ea intercapedine, quæ erat linearum prope Cometam, paulo autem poſt, vbi ſerenior aura ſtellam in ore Pegaſi monſtrauit, deprehendi quod eadem diſtaret a Cometa partibus exquiſite

[1] Lineis inducta.

27½. Habita vero praxi vtriusque conſiderationis cadit locus Cometæ in eundem fere locum.

Cauda vero Cometæ ſe, veluti ipſum corpus, altius attollebat, nam ſi protracta fuißet, longe ſupra Lunam monſtraret lineam, quo ad viſum inter raras nubes videbatur vergere verſus inferiorem ſtellam in ala Pegaſi, hæc tamen conſideratio non erat ſatis exquiſita, ſed ἐν πλάτει ſumta, propter nubes.

Poſtea vsque ad occaſum Cometæ nihil amplius mihi licuit obſeruare propter interuenientes nubes.

DIE 21 NOUEMBRIS

hæc obſeruaui.

		P.	M.	
6½H	Inter Cometam & Vulturis lucidam	10	45	per Radium
6 40M	Inter narem Pegaſi & caput Cometæ	25	15	
	Cauda vero porrigebatur verſus extremam alæ Pegaſi, ſi eo producta intelligeretur.			
6 48	Cometa a lucida Vulturis	10	46	fere vt prius
6 53	Inter narem Pegaſi & Cometam	25	13	exacte
7 0	Diſtabat caput Cometæ ab inferiori & prima in ala Pegaſi verſus occaſum	45	40	
	Eſt autem ea, quæ iuxta collum Pegaſi exiſtit.			
7 10	Diſtabat Cometæ caput a cauda Cygni	45	53	
	Atque hæc omnia per Radium.			

DIE 23 NOUEMBRIS

hæc obſeruaui, rectificato horologio ad occaſum ⊙.

4H56M	Inter Vulturem & Cometam	11	2	ſed conſidera ſequentia per Sextantem
5 3	Inter extremam naris Pegaſi & Cometam	21	1	
5 9	Diſtabat Cometa a ſtella in ſiniſtra manu Antinoi	4	32	

Caudam porrigebat in eam ſtellulam, quæ eſt in ſuperiori fronte Equiculi, vbi etiam terminari videbatur, radijs forte lunaribus vlteriorem eius apparentiam impedientibus. Erat autem a capite verſus dictam ſtellam paulum incuruata, conuexam partem in Zenith tollens, adeo vt, ſi a capite per iſtam ſtellam protrahi fingeretur, caderet in eam ſtellam, quæ eſt in fronte Pegaſi.

7H 0M	Inter ſiniſtrum humerum ♒ & Cometam	18	0	
7 10	Inter Vulturem & Cometam	11	3	fere vt ſupra
7 20	Inter narem Pegaſi & Cometam idque bis obſer-	20	44	per Radium
7 25	uaui, ita vt ſecunda obſeruatione facta reperirem	20	45	
	vel potius	20	46	

At has omnes obſeruationes perfeci per Radium aſtronomicum, in quibus & parallaxis oculi & inſtrumenti errores ſi qui fuerint cauendi ſunt.

Color autem Cometæ fuit albus, non tamen clarus, ſed pallidior, neque ita lucidus vt ſtellarum. Cauda vero præſertim, quo erat capiti vicinior, obſcuram rubedinem præ ſe ferebat, qualis ſolet eße flammæ per fumum eluctantis, in fine vero quemadmodum cauda rarior erat ſic & hæc rarius apparebant.

Sequentia eodem veſperi per Sextantem aſtronomicum obſeruaui.

$5^{H}30^{M}$	*Inter Cometam & narem Pegaſi*	*20 58 (al. 21*	*4)*
5 37	*Inter Vulturis lucidam & Cometam*	*10 57 (al. 11*	*1)*
5 45	*Inter Cometam & ſtellam in ſiniſtra manu Antinoi*	*4 35 (4 37)*	
6 15	*Inter narem Pegaſi & Cometæ caput*	*20 54*	
6 32	*Inter Cometam & Antinoi prædictam manum*	*4 37*	
7 56	*Inter narem Pegaſi & Cometam*	*20 50*	
8 23	*Inter easdem*	*20 48*	
8 35	*Inter easdem*	*20 46*	
8 45	*Inter Vulturem & Cometam*	*11 22*	

Sed hæc obſeruatio non vsque adeo certa quia Cometa tunc vergebat in occaſum interuenientibus tenuibus & albioribus nubibus[1].

Ex poſtremis conſiderationibus per Sextantem factis, patet quod Cometa ab H. 5 M. 30 in H. 8 M. 35 per 3 vidēlicet horas & 5 circiter minuta progreßus ſit in ſuo circulo verſus Pegaſi caput ſaltem ſcrupulis 12, cum tamen habita ratione motus diurni, qui ex omnibus antecedentibus obſeruationibus colligi poteſt 3 graduum, ita vt vni horæ competeret 7½ min. in motu proprio, atque adeo per 3 illas horas debebat propior admoueri ſtellulæ dictæ Pegaſi plus 23 minutis; vnde colligitur quod incrementum parallaxeos ſtellæ in ijs tribus horis retardauerit progreßum apparentem verſus caput Pegaſi 11 minutis.

(Error eſt hic, quia vni horæ competunt ſaltem 5 minuta, & 3 horis M. 15 quod fere conuenit cum obſeruatione).

Habet itaque hæc ſtella parallaxin, ſenſibilem at quanta ea ſit, ex ſequentibus colligemus.

Idem etiam patet per ſtellam Antinoi a qua ab H. 5 M. 45 in H. 6 M. 32 per 47 minuta temporis promota eſt ſaltem minuta 2, cum interea iuxta motum diurnum debebat promota eße minutis fere 4½[2]*, atque hæc ratiocinatio convenit cum ſuperiori annotatione. Nam ſi 3 horæ variant in motu ob parallaxin 11 minuta, tunc 47 minuta temporis variant 3 minuta, conſentiente hac obſeruatione per Antinoi ſtellam facta cum ea quæ per narem Pegaſi fiebat. Vſus autem ob id ſum his præſertim ſtellis, quia via Cometæ tranſibat per dictam Antinoi ſtellam fere verſus eam, quæ eſt in nare Pegaſi, & licet aliqua ea in parte ſit differentia, tamen ea hac in re nihil cauſare poterit propter tantam naris Pegaſi a Cometa diſtantiam; idem etiam per alias obſeruationes experiri licet.*

Præterea conſideratio illa per Radium ab H. 5 M. 3 vsque in H. 7 M. 25 præbet motum 17', qualis etiam fere (nempe 18) reuera eße debebat, atque hæc fere conſentiunt ſi limatis omnibus præbet motum 15 minutorum, cum reuera debebat promoueri 18 minutis, differentia eſt 3 minutorum, cum tamen habita priori proportione debebat eße 7 minutorum, verum vtrum in prima obſeruatione per Radium error aliquis irrepſerit hæſito & vbi is lateat, an hic vel alibi, ex ſequentibus obſeruationibus Deo volente innoteſcet.

(Nota. Ego poſui quod motus diurnus Cometæ in his diebus fuerit 3 partium, cum reuera ſaltem reperiatur partium circiter 2, vt ſit horarius motus 5 minutorum, atque per hoc verificabis ea quæ hic ſcripſimus).

Verumtamen habito reſpectu eius obſeruationis, quæ facta eſt per Radium a ſtella Antinoi H. 5 M. 9 vsque ad eam quæ facta eſt ad eandem fixam per Sextantem H. 6 M. 32 interiecta vna hora & minutis 23 inuenietur Co-

[1] Lineis inducta.

[2] Primum ſcriptum: *6*, deinde mutatum in: *5½*, denique in: *ſolis 4½*.

meta progreßus in ſuo circulo & via interea temporis 5 minutis, cum tamen reuera iuxta motum diurnum debebat 10 minutis progredi, vt ſit differentia cauſata ex remoratione parallaxeos 5 minutorum, quam etiam proportionaliter 1 hora & 23 minuta efficiunt, ſi tribus horis iuxta priorem annotationem 11 minuta competunt. Conſentit itaque & hæc ratiocinatio cum antecedentibus & ſolum videtur discrepantia quædam in proxime antecedenti collatione, quæ tamem dubia eſt, ob primam obſeruationem per Radium ad narem Pegaſi non ſatis certam. (Debebat ſaltem 7 min.).

DIE 25.

		P.	M.	
$5^{H}40^{M}$	*Inter extremam naris Pegaſi & Cometam*	*17*	*22½*	*(aliter 17 28)*
5 52	*Diſtabat Cometa ab Antinoi manu*	*8*	*18*	*(8 20)*
6 0	*Inter Cometam & Vulturem*	*12*	*36*	*(aliter corr. 12 40)*
6½	*Diſtabat Cometa a Scheat Pegaſi*	*42*	*0*	

Sed ſatis exquiſite id concludere non licuit propter interuenientes nubes; conuenit autem ſemper obſeruare hanc diſtantiam, quia Cometæ curſus tendit verſus dictam ſtellam in pectore Pegaſi.

Cauda vero viſa eſt vergere verſus eam, quæ eſt iuxta nares Pegaſi, quam alij os Pegaſi appellant.

DIE 28.

	P.	M.
Cum cornu ♈ orientale eßet in Meridiano, erat inter caput Cometæ & os Pegaſi	*12*	*44*
Exiſtente pede Andromedæ lucido in Meridiano, inter Scheat Pegaſi & Cometam	*35¼*	

Linea vero recta ducta a Cometa per os Pegaſi relinquebat lucidam & primam colli Pegaſi verſus Zenith ad viſum 2bus gradibus. Sed hæ obſeruationes non erant ſatis exquiſitæ propter paucam ſerenitatem & ventos nimium flantes tum etiam propter ... am diſtantiam ſtellarum.

DIE 29 NOUEMBRIS.

		P.	M.	
$5^{H}53^{M}$	*Inter Antinoi manum & Cometam*	*14*	*18*	*(Oportet ponere hora 6 Antinoi & C. 14 30)*
6 6	*Inter Cometam & narem Equiculi*	*3*	*50*	*Vera add. 5, 14 23*
6 15	*Inter os Pegaſi & Cometam*	*11*	*25*	*(Vera 11 29)*
6 33	*Cometa & Antinoi ſtella*	*14*	*21*	
6 40	*Inter lucidam pectoris Pegaſi & Cometam per Radium*	*35*	*45*	

Extremitas caudæ videbatur exquiſite terminari in ſtella oris Pegaſi & incuruata eße ita vt ſuperior pars convexitatis contingeret fere ſtellulam in ore Equiculi. Erant enim illæ duæ ſtellæ iuxta os Equiculi contingentes fere ſuperiorem partem caudæ, in eius medio diſtantes vix ⅛ gradus.

		P.	M.	
$6^{H}58^{M}$	*Inter Aquilam & Cometam*	*16*	*36*	*(ſed hora 6 fuit 16 & 38, Reſp. 16 41)*
7 6	*A fronte Equiculi ad Cometam*	*4*	*53*	
7 13	*Inter Cometam & manum Antinoi*	*14*	*23*	
7 37	*Inter Cometam & os Pegaſi*	*11*	*26*	
7 50	*Inter Antinoi manum & Cometam*	*14*	*22*	

Sed Antinoi ſtella appropinquabat occaſui, adeo vt propter aëris denſitatem minus apparuerit ſatisque exquiſita non fuerit hæc obſeruatio.

		P.	M.	
8H17MInter os Pegaſi & Cometam		11	19	ſed ἐν πλάτει
8 58		11	20	
9 10		11	20	
9 33		11	21	} per Radium
9 11 Obſeruaui diſtantiam Cometæ a pectore Pegaſi		35	36	} per Radium

Superius vero H. 6 M. 40 erat eadem P. 35 M. 45, differentia eſt ſaltem 9 minutorum ſpacio 2½ horarum, quod conuenit cum motu diurno. Motus diurnus Cometæ eſt P. 1 M. 30, horarius 3¾ min.

DIE 30 NOUEMBRIS.

Azimuth Cometæ, quod eſt diſtantia ipſius ab occaſu æquinoctiali, & complementum a Meridiano, vt in omnibus etiam ſequentibus Azimuth numerauimus.

	H. M.	Azimuth G. M.	Altitudo G. M.
I.	5 26	53 38	36 10
II.	6 24	37 25	30 32
III.	6 50	30 37	27 23
IIII.	7 37	19 48	21 30
V.	7 54	15 41	19 4
VI.	8 13	11 42½	16 39
VII.	8 58½	2 52	10 8

Sed confide potius duabus vltimis propter magis verificatum inſtrumentum & tempus ex ortu ☾ tum etiam propter vicinitatem horizontis, ſolus error eße poteſt in linea meridiana.

Interea vero & hæc obſeruaui.

		P.	M.	
5H34MInter Cometam & os Pegaſi		10	15	puto eße bonam
5 43 Inter Cometam & manum Antinoi cadentem in linea recta cum tribus ſtellis Vulturis		15	46	(pone 15 51)
5 50 Inter Vulturis lucidam & Cometam		17	38	
6 35 Inter Antinoi manum & Cometam	15 40			ſed dubito (poſui hora 6 Aquilam & Cometam 17 47)

Apparuit autem caput Cometæ exquiſite in linea recta, quæ ducitur per os Pegaſi in mediam & lucidiorem colli Pegaſi. (Oportet eum nondum exquiſite hanc lineam attigiße). Caudæ vero extremitas adhuc os Pegaſi attingebat, ita tamen vt inferior & meridionalior caudæ pars extrema os Pegaſi attingere videretur, ſed paulo tamen erat cauda protenſior. Duo vltima Az. correcta.

N.B. In omnibus Azimuth addere oportet 28°.

		P.	M.	
6H45MInter Cometam & Scheat Pegaſi		34	26	per Radium (hora 7, 34 25)
7 0 Inter os Pegaſi & Cometam	10 16			(10 19. Hora 6 poſui diſtare ab ore Pegaſi P. 10 M. 24)
7 8 Inter Antinoi manum & Cometam		15	40	
8 0 Inter os Pegaſi & Cometam		10	13	
8 22 Inter Cometam & os Pegaſi		10	12	per Radium

Superior pars conuexitatis exquiſite tangebat ſtellulas narium Equiculi, caput tamen Cometæ erat illis paulo propius quam heri in tertia ſcilicet parte diſtantiæ capitis a nare Pegaſi, i. e. partibus 3½ ἐν πλάτει.

P. M.

8H46M Inter Cometam & lucidiorem in fronte Equiculi 4 27
9 15 Inter Cometam & os Pegaſi per Sextantem 10 11 } confide his
per Radium 10 10 }

Nota. Motus diurnus Cometæ iam non eſt celerior P. 1⅓ a die 29 in 30, in ſequentem vero diem videtur ſaltem progredi 1 gr. 10 m. circiter.

DECEMBRIS DIE 1.

Horologio correcto ad occaſum ☉.

5H18M Inter Cometam & os Pegaſi 9 30
per Radium, ſed ἐν πλάτει propter nubes rariuſculas.
5 30 Inter Vulturem & Cometam 18 47 per Radium

Linea vero recta ducta a lucida Vulturis per Cometam relinquebat narem Pegaſi in ſuo loco verſus Zenith vno fere gradu.

Erat autem fere vt heri veſperi Cometa in linea recta ducta per narem Pegaſi in medium colli (ſed heri veſperi non plene attigerat hanc lineam & hoc magis præterierat).

Cauda vergebat in locum qui eſt inter ſtellam primam colli Pegaſi, Marcab dictam, & binas illas in medio colli poſitas. Erat enim parum eleuata ſuper os Pegaſi inferiori parte magis quam heri & videbatur ſe incuruare quaſi verſus mediam colli Pegaſi.

7H10M Inter Cometam & os Pegaſi per Sextantem 9 14
per Radium 9 15
9 6 Inter Scheat Pegaſi & Cometam 33 5
9 12 Inter os Pegaſi & Cometam 9 10
9 18 Inter humerum dextrum Aquarij & Cometam
per Radium 17 30
9 30 Inter Cometam & os Pegaſi 9 8
Atque hæc omnia per Radium.

Ab hora itaque 7⅛ in horam 9½, per 2 horas 20 minuta, promotus eſt Cometes minutis 6; iuxta motum diurnum competunt 6 minuta, vt ſit illa differentia inſenſibilis, quapropter parallaxis inſenſibiliter retrahit Cometam, vt nulla fere appareat.

DECEMBRIS DIE 2.

Nota. Horologium in duobus diebus non fuit correctum, ſed meridies ſequens emendabit.

Vidi iuxta H. 7½ quod Cometæ caput erat valde propinquum ſtellulæ iuxta os Equiculi poſitæ, vtra harum fuerit, ratiocinaberis ex globo per ſequentia, ita tamen vt exceßerit ſtellulam iſtam ſuo motu verſus Pegaſum plus diametro ☾ 40 fere minutis ad viſum.

Cauda vero vergebat verſus ſtellam quæ ſola apparet in medio colli Pegaſi & prope eandem terminari videbatur, incuruata tamen vt prius verſus Zenith capitis.

Erat vero Vultur volans & naris Pegaſi vna cum Cometa fere in vna linea recta, niſi quod Cometa lineam hanc excederet verſus Zenith capitis ad 20 fere minuta ad ſummum.

7H49M Horologio non aliter correcto quam dixi, ſ(dubia, fieri poteſt
inter os Pegaſi & Cometam 7 15 \quod debet eße 8 15

Sed in omnibus his non eſt exquiſita certitudo propter ſubinde interuenientes nubes.

DECEMBRIS DIE 9.

Horologio correcto per occaſum ☉, hæc obſeruaui.

		P.	M.
5^{H} 0^{M}	Inter os Pegaſi & Cometam	4	25
5 10	Obſeruaui per Radium inter Scheat Pegaſi & Cometam	25	45
7 40	Eandem diſtantiam inueni per Sextantem	25	15

Vtri fidendem, hæſito ob non iteratam obſeruationem (fidendum eſt Sextanti). Obſeruaui etiam eodem veſperi aliquot Azimuth & Altitudines, ſed propter motum inſtrumentum & ignotum Meridiani ſitum erant dubiæ.

Cauda Cometæ vergebat verſus primam ſecundæ magnitudinis, quæ eſt in collo Pegaſi fere eo vsque protracta, ſed propter incuruationem viſa eſt extremitas eße inter dictam ſtellam & mediam colli.

DECEMBRIS DIE 10.

$5^{H}25^{M}$	Inter caput Cometæ & os Pegaſi, exquiſite vt heri	4	25 } per Radium
5 40	Inter Cometam & Scheat Pegaſi	24	25 } per Radium
6 0	Inter primam colli Pegaſi maiorem & Cometam	21	10

Erant in vna linea recta media dextræ alæ Cygni & os Pegaſi cum Cometa, fereque coincidebat dexter humerus ♒.

Cauda vero videbatur ſe incuruare verſus eam, quæ eſt prima in collo Pegaſi ſecundæ magnitudinis, ſed linea recta ducta a capite Cometæ per medium caudæ in directum, ea cecidit ſupra dictam ſtellam Pegaſi ad ſpacium 3 graduum, finiebatur autem cauda Cometæ paulo ſupra binas in collo Pegaſi quæ ſunt quartæ magnitudinis, idque in ea linea quæ ducitur ab ijs verſus caudam Cygni. Diſtabat autem extremitas caudæ a lucidiori in medio colli Pegaſi 4 circiter partibus.

OBSERUATIONES COMETÆ A SOLSTITIO HYBERNO.

DECEMBRIS DIE 12.

		P.	M.
6^{H} 0^{M}	P. M. Inter Cometam & os Pegaſi	4	50 } per Radium
	Inter Scheat Pegaſi & Cometam	23	20 } per Radium

Cauda vergeret verſus medium quadrati Pegaſi, ſi eo vsque protracta imaginaretur.

Animaduertebam inſuper quod caput Cometæ erat in ea linea recta, quæ ducitur per vtrasque meridionaliores ſtellas de □ Pegaſi, videlicet colli primam & extremam alæ.

Diſtabat autem per Radium a prima colli 20 12 *hora exiſtente* $6\frac{3}{4}$

DECEMBRIS DIE 13.

$5^{H}40^{M}$	Inter Scheat Pegaſi & Cometam	22	39
7 18	Eadem diſtantia	22	26
7 25	Inter primam colli Pegaſi & Cometam illa eſt de □ Pegaſi $2^{dæ}$ magnitudinis.	19	22 } (ſed non eſt repetita. Ego poſui 19 30)
7 30	Inter os Pegaſi & Cometam	5	16 per Radium

		P.	M.	
7 40	Inter Scheat Pegaſi & Cometam	22	8	
7 45	Eadem	22	10	
8 25		22	8	
8 58		22	5	
9 25	Eadem	22	0	(Omnes hæ obſeruationes ſunt per Sextantem)

Motus horarius verus competens eſt 2' 20".
Obſeruaui etiam eodem veſperi aliquot Azimuth & Altitudines hoc modo.

	H.	M.	Azimuth G.	M.	Altitudo G.	M.
I.	7	1	20	36	28	56
II.	8	0	7	44	21	16
III.	8	30	1	0	16	40
IIII.	9	3	5	37	12	14

Nota. Vltimum Azimuth numeratur ab occaſu æquinoctiali verſus meridiem, priora ab eodem verſus ſeptentrionem.
His Azimuth & Altitudinibus poteris ſine ſenſibili errore vti, niſi in tempore poterit eße hallucinatio quæ tamen admodum erit exigua.

DECEMBRIS DIE 14.

		P.	M.	
5H30M	Inter Cometam & Scheat Pegaſi	21	44	
5 40	Inter Cometam & os Pegaſi	5	45	(per Radium)
6 38	Inter Cometam & Scheat per Sextantem	21	37	bona (poſui hora 6, 21 45)
7 12	Eadem diſtantia	21	34	

Obſeruaui etiam aliquot Azimuth, horologio ad meridiem correcto & exquiſite redeunte.

H.	M.	Azimuth (oportet addere 13 in Azimuth) G.	M.	Altitudo G.	M.
6	44½	25	7	31	28
7	30	14	12	25	30
7	45	10	32		
8	11	5	36	19	54

Verum in vltimo Azimuth erat paulo obſcurior Cometa propter interuenientes nubes.

DIE 17 DECEMBRIS.

		P.	M.	
8H 0	Inter Scheat Pegaſi & Cometam	19	50	(19 55)
8 8	Inter primam colli Pegaſi & Cometam	17	5	(17 10)
8 20	Inter Cometam & os Pegaſi	7	12	(7 14)

DIE 18.

5H30M	Videbatur Cometa & os Pegaſi in vno circulo verticali; diſtabat autem Cometa ſuperior exiſtens ab ore Pegaſi	7[1] 30	per Sextant.
5 45	Inter Scheat & Cometam	19 23	

Eandem diſtantiam obſeruaui circa horam nonam ſed ἐν πλάτει propter nubes.

[1] Codex nullum gradum dat, ſed adſcripſit Tycho: *Puto 7.*

Cauda Cometæ erat hoc veſperi vt præcedentibus aliquot admodum tenuis, nam Cometa ipſe & capite & cauda ſucceßiue a primo conſpectu minus videbatur, vixque apparebat ad ☾, verum quantum diſcernere licuit, vergebat verſus caput Andromedæ ipſa cauda.

DIE 19 DECEMBRIS

hæc obſeruaui in Cometa, qui admodum tenuis apparebat.

		Azimuth	Altitudo
	H. M. S.	G. M.	G. M.
I.	*5 46 50*	*35 36*	*38 38*
II.	*6 34 25*	*23 10*	*33 10*
III.	*7 53 50*	*5 10*	*22 18*

6ʰ50ᴹ Inter Scheat & Cometam *18 48*

Eandem obſeruationem repperi hora 8½ *18 36 melior*

Sed vtraque obſeruatio fuit ἐν πλάτει ſumta, eo quod Cometa minus apparebat, vt diſcerni eius locus vix poßet, idque partim ob corporis Cometæ exilitatem ex decreſcentia eius ſucceßiue ortam, partim ob aëris craßitudinem.

8ʰ35ᴹ Inter primam colli Pegaſi & Cometam *16 20*

Sed valde ἐν πλάτει & dubia conſideratio propter tenuitatem & nubes.

Cauda Cometæ vix apparebat, capite ipſo etiam admodum attenuato.

DIE 23 DECEMBRIS.

6ʰ10ᴹ Diſtabat Cometa a Scheat Pegaſi *16 10*

Sed ἐν πλάτει propter exilitatem Cometæ nimiam.



Erat Cometa admodum tenuis, adeo vt videri vix poßet præſertim quantum ad caudam attinet, quæ vix apparebat; videbatur tamen, quantum diſcerni potuit, vergere verſus caput Andromedæ.

Linea recta, ducta a ſeptentrionaliori ſtella trianguli ad pedem Pegaſi & ad os Pegaſi, tranſibat per Cometam vt linea AEB. Deinde a media colli paulo infra ſtellam primam in dextra ala Cygni, tranſiuit alia linea per Cometam qualis eſt linea CED. Diſtantia vero a Cometa ad os Pegaſi viſa eſt P. 10½.

DIE 24.

Cometa admodum tenui apparente, adeo vt per inſtrumenta vix obſeruari potuerit, vidi quod Cometa adhuc verſabatur in ea linea recta, quæ ducitur a ſtella A in B, ſed linea ducta a ſtella C per Cometam tranſibat in extremam alæ dextræ Cygni.

Viſus eſt autem Cometa per Radium diſtare a Scheat Pegaſi P. 15 M. 55, idque ἐν πλάτει propter exilitatem Cometæ tantam, vt diſcerni vix potuerit.

DIE 26.

Hora 5 M. 40 Cometa videbatur quidem adhuc in linea AB fere quo ad viſum, ſed exceßiße lineam ex C ductam in extremam alæ verſus Zenith, adeo vt illa linea caderet in ſpacium inter caudam Cygni & alæ extremam. Obſeruaui autem eodem tempore Cometæ diſtantiam a Scheat Pegaſi, & inueni illam P. 14½ vel 35 ἐν πλάτει propter tenuitatem Cometæ.

DIE 30.

		P.	M.	
$7^{H}10^{M1}$ / 7 0	*Inter Cometam & Scheat*	13	7	
7 10	*Inter primam colli ſecundæ magnitudinis & Cometam*	11	58	
7 33⅓ / 7 22⅔	*Azimuth verſus ſeptentrionem ab ortu æquinoctiali*	1	22	*Altitudo 22 42 (Mediocriter bona, ſed tempus debet corrigi ex meridie ſequenti vt feci)*

Cauda Cometæ vergebat verſus meridionaliorem ex duabus, quæ ſunt in triangulo coniunctæ, ad pedes Pegaſi, ſed paulo infra illam videbatur eius tractus cadere, & fere tam longa fuit cauda, vt locum eum infra dictam ſtellam attingere videretur, ſi quis exactißime extremitatem tueri poßet. Verum non perfecte tam longa apparebat, videbatur tamen Cometa paulo apparentior quam præcedentibus nocturnis obſeruationibus, eo quod ☾ eßet infra horizontem, & non impediebatur ab eius lumine, verum non tamen erat admodum apparens, ſed plurimum lumine diminuta & quantitate. Viſibiliter ſatis apparebat cauda vsque in medium locum a capite ad dictam ſtellam.

Sunt duæ paruulæ ſtellæ intra quadratum Pegaſi, vergentes magis ad pedes, quam aliam partem; verſus has videbatur cauda proijci, vel certe in ſpacium quod medium eſt inter has & prædictas ſtellulas in triangulo; exquiſite enim dijudicare ob tenuitatem caudæ non licuit.

Hora 8 M. 0 / 7 50	*obſeruaui inter Cometam & Scheat Pegaſi*	13	0	*ſed valde ...*
Sed 7 55	*obſeruaui eandem diſtantiam partium*	13	5	
	Atque hæc obſeruatio fuit certior magisque quadrat cum ſuperiori.			
8 13 / 8 3	*Diſtantia inter primam colli Pegaſi & Cometam*	12	0	*fere vt ſupra*
8 20 / 8 10	*verum paulo poſt obſeruaui attentius eandem diſtantiam & inueni eam præciſe vt ſupra, atque hæc obſeruatio eſt verior antecedente.*	11	58	
9 5 / 8 54⅓	*Azimuth Cometæ ab occaſu verſus ſeptentrionem*	17	18	*Altitudo 10ᵖ 20′*

Hæc vltima obſeruatio fuit non ſatis exquiſita, eo quod Cometa difficulter videri potuerit, fuit tamen talis vt ſine magno errore eo vti poßis; exactius enim videre non licuit.

Hora 9 M. 15 inter Scheat & Cometam p. 12 M. 25 bis obſeruaui & aliter videre vix potui, ſed erat prope horizontem, ideoque non ſum ſatis certus de hac obſeruatione.

[1] Inferiores numeri tempus horologij indicant, ſuperiores tempus emendatum. Vide textum ſub die 30 in fine.

Nota tamen in his obſeruationibus quod horologium non erat correctum a die 27 Decembris, die itaque ſequente in meridie tardius reuertebatur, quam oportebat, in 12' 40'' temp. ita vt quolibet die anticiparit 3' 10'' ad horam vero obſeruationis circiter octauam anticipauerat 10½ M. (ad nonam vero 10⅔) quæ addenda ſunt tempori ſuperius annotato, vt ſint tempora correcta hoc modo.

Die 30 Decembris vt ſupra.

	H. M. S.	Azimuth G. M.		Altitudo G. M.
I.	7 33 10	1 22	idque ab occaſu verſus meridiem	22 42
II.	9 5 0	17 18	ab occaſu verſus ſeptentrionem	10 20

In cæteris etiam obſeruationibus ad diem 30 factis adde 10½ m. temporis, idque ſupra priores numeros annotaui, & deleui ob id inferiores.

DIE 31.

		P. M.	
5H30M	Inter Scheat & Cometam	12 23	
5 45	Inter Cometam & primam colli Pegaſi	11 51	
6 55[1]	Inter Cometam & os Pegaſi	13 40	(feci 13 42)
	Diſtantia inter Scheat & primam quam voco colli	12 40	
6 10[1]	Inter lucidiorem ex tribus paruis in collo Pegaſi quæ videlicet ex duabus vicinioribus proxima eſt capiti & Cometam	10 55	
	Circumdabant enim hæ ſtellæ Cometam quaſi in æquali diſtantia.		
7 15	Inter Scheat & Cometam	12 25	
7 20	Inter primam colli & Cometam	11 52	fere vt ſupra

Nota. In ſequenti meridie horologium redibat 6 minutis tardius, competit 6 horis 1½.

Bonæ obſeruationes.

H. M. S.	Azimuth G. M.	Altitudo G. M.	
6 20 45	16 40	33 7	
6 31 45	14 0	31 48	
6 41 5	11 44	30 29	vel 30
7 36½	0 12	22 36	
	verſus ſep.		
7 58 45	4 26	19 20	

		P. M.
8H15M	Inter Scheat & Cometam	12 16
	Sed paulo poſt obſeruaui eandem 3 fere minutis maiorem, vt ſit vera diſtantia eo tempore	12 18
8 25	Inter primam colli & Cometam	11 50
8 40	Inter Scheat & Cometam	12 18

Atque hoc conſentit cum cometæ motu diurno, nam ab H. 5½ in H. 8⅔ motus eſt Cometes 5 circiter minutis per 3 horas & 10 min., quod fieri oportuit ſiquidem Cometæ diurnus motus eſt minutorum 44 ex heſterna obſeruatione. (Motus diurnus eſt 40'. Igitur Cometa per 3 horas vere abſoluit 5 minuta).

H. 9 M. 4 S. 15 Azimuth Cometæ 17G47' *Alt. 10 28*

Sed Cometa erat admodum tenuis, vt ſatis certa fieri non poßet obſeruatio ſed mediocris tamen.

[1] Sic in codice.

1578.

JANUARIJ DIE 1.

		P.	M.	
$5\frac{3}{4}^{H}45^{M}$	Inter Cometam & Scheat Pegaſi	11	43	
	vel potius	11	45	(feci 11 48)
6 6	Inter primam colli Pegaſi & Cometam	11	26	
	vel potius	11	25	
$6\frac{1}{2}$	Inter os Pegaſi & Cometam	14	15	(feci 14 18)
6 44 35^{S}	Azimuth Cometæ ab occaſu verſus merid.	10	37	Altit. 29 44
	Adde in Azimuth 12′.			
8 11 5	Azimuth Cometæ ab occaſu verſus ſept.	7	22	17 50
8 40	Inter Scheat & Cometam	11	35	

Sed erat admodum tenuis Cometa, vt vix diſcerni potuerit.
Horologium citius ibat 2 minutis in 24 horis.

DIE 2 JANUARIJ.

6 12 10	Azimuth Cometæ	18	8 (18 15)	Alt. 34 20
6 35	Inter Scheat & Cometam	11	10	(feci 11 12)
	Inter primam colli Pegaſi & Cometam	10	58	(feci 11 1)
6 48	Azimuth Cometæ	9	58	Altit. 29 32

Superior pars extremitatis caudæ viſa eſt vergere in meridionaliorem duarum paruarum in collo Pegaſi, ita vt ſi quis accurate aſpiceret illic fere ferri videretur.

Poſt correctum inſtrumentum.

7 $42\frac{3}{8}$	Azimuth Cometæ verſus ſept.	1	30	Altit. 22 15
paulo poſt	obſeruaui Azimuth oris Pegaſi			
7 $53\frac{3}{8}$	ab occaſu verſus ſept.	5	38	5 58
8 1 50	Azimuth Cometæ verſus ſept.	5	35	19 7
8 8 0	Vidi quod illa in rectangulo ad pedis Pegaſi, quæ non eſt de quadrato ſed ſola & borealior, habuit Azimuth ab occaſu verſus ſept.	9	0	28 24
8 17 7	Obſeruaui Scheat Pegaſi in Azimuth ab occaſu verſus ſeptent.	5	10	28 14
8 27 28	Prima in Collo Pegaſi in Azimuth ab occaſu verſus merid.	1	12	16 $36\frac{1}{2}$
8 $36\frac{3}{4}$	Cometæ Azimuth ab occaſu verſus ſept.	12	27	15 3
8 55 0	Inter Cometam & Scheat Pegaſi	11	7	

Motus diurnus dat ab hora 6 35 in hoc tempus 4 minuta; obſeruatio dedit 3 minuta, differentia inſenſibilis.

9 3 20	Cometæ Azimuth	G. 17 M. 52	Alt. G. 10 M. 50
	In vltima obſeruatione erat Cometa admodum tenuis, ſed tamen certius obſeruare non licuit.		
9 18 20	Lucidißimus pes Orionis, qui eſt ad Eridanum, fuit in Meridiano, habuitque Altitudinem $25^{P}22'$.		

Ex his ſtellarum & Cometæ Azimuth poteris inquirere earum loca & inde poli Altitudinem & videre vtrum conueniant in eadem poli Altitudine; tunc Cometa caret parallaxi, ex vltimo vero videlicet pede Orionis poteris corrigere tempus accepto loco ex longitudinis obſeruatione; pro Azimuth vero verificando animaduerti ſtellam polarem cum eßet in remotiori a polo diſtantia; remotißimam videre non potui, obſeruaui autem primum H. 10 M. $50\frac{3}{8}$

eam abeße a Meridiano P. 4 M. 59. Deinde H. 10 M. 57⅛ vidi eam ab eodem in horizonte per Azimuth diſtare P. 4 M. 55 vel ad ſummum 56. Ex his poteris corrigere Azimuth priora, ſi qua erit differentia pro tempore debito.

DIE 5.

6H10M	*Inter Scheat & Cometam*	*9 47*	*ſed dubia (ego poſui inter Scheat & Cometam 9 40)*
6 20	*Inter primam colli Pegaſi & Cometam*	*10 23*	*(forte 11 23)*

Nota. In omnibus Azimuth his deficiunt 12 minuta, nam ſtella polaris die 5, H. 10¼ p. M. vila eſt in Azimuth P. 5 M. 3, cum deberet eße P. 5 M. 15 (Die 9 viſa eſt in Azimuto vltimo 5 2, addere debes 12).

		P.	M.	
6H27¼M	*fuit Cometæ Azimuth verſus meridiem ab occaſu*	*11*	*55*	*habens Altit. 31 42*
7 35¾	*Eiusdem Azimuth verſus ſeptentrionem ab occaſu*	*2*	*43*	*22 13*
	Satis bona obſeruatio, modo tempus reſtituatur & meridiana linea ſit bona, quod poſcere eſt abſurdum.			
8 15	*Inter Scheat & Cometam*	*9*	*35*	
	Atque hæc obſeruatio eſt bona, Cometa admodum tenuis exquiſite proiecit radios in inferiorem duarum in collo Pegaſi vbi terminabatur.			
8 30	*Inter Scheat & Cometam*	*9*	*20*	*ad minimum*
	Sed propter tenuitatem Cometæ accidit hæc diuerſitas, confide potius mediæ obſeruationi.			

DIE 9 JANUARIJ.

Vidi Cometam admodum tenuem & erat prope duas paruas ſtellas in triangulo ad pedes Pegaſi, ita vt cauda exquiſite terminaret in illis ſtellis, præſertim in ea, quæ eſt meridionalior & occidentalior, tendens ad caput, quam ſatis exquiſite attingere viſa eſt.

6H30M	*Diſtantia inter Scheat & Cometam*	*8*	*30*	
7 0	*Eadem*	*8*	*30*	*per Radium (poſui præciſe 8)*
	Satis bona obſeruatio, quantum per paruitatem Cometæ videre licuit.			
7 10	*Inter alteram, quæ eſt in triangulo ad pedes Pegaſi, lucidam & Cometam*	*7*	*55*	*(poſui 7½)*
7 20	*Diſtabat caput Cometæ ab ea paruula in triangulo, quæ ſibi erat proxima, in quam dixi caudam deſinere*	*2*	*45*	
	Atque hæc erat longitudo quaſi ipſius caudæ.			
7 40	*Ab altera paruula ſuperiori*	*3*	*50*	
7 50	*Ab ea, quæ eſt prima colli lucida*	*10*	*16*	
	Vltima eſt dubia.			

DIE 12 JANUARIJ.

Vidi, quod Cometa admodum tenuis propior erat inferiori ſtellulæ ex duabus in pectore Pegaſi, diſtans ab illa paulo plus quam eſt diſtantia ambarum paruarum, & fecit cum illis angulum obtuſum in inferiori videli-

cet paruula; cauda vero adhuc videbatur vergere verſus inferiorem ex illis duabus paruulis. Vidi inſuper quod hoc ſpacium erat fere æquale interſtitio duarum in altero cornu ♈, ſed potius paulo maius illo interuallo, vt ſit 1 40 vel 45 ad ſummum, nam diſtantia ſtellarum in ♈ eſt 1 30.

	P.	M.
7^{H} 0^{M} Diſtabat a Scheat Pegaſi	7	20
7 25 Inter alteram lucidam in triangulo pedis & Cometam	6	45 (pone 6½)

DIE 13 JANUARIJ.

Circa horam 6 vidi Cometam vix tamen apparentem & caput ipſius videbatur diſtare ab inferiori duarum in pede Pegaſi ad triangulum, quanta eſt fere diſtantia ambarum vel paulo plus, per inſtrumentum enim non licuit diſtantiam exquiſite capere ab illis ſtellis fixis.

Sequentibus diebus non potuit videri Cometa ob tenuitatem & præſentiam ☾.

DIE 26 JANUARIJ.

H. 7½ P. M. Vidi, quod Cometa adhuc poterat apparitui ſeſe ingerere, quamuis admodum obſcurus, ſatis tamen apparebat eum eße in medio ſpacio inter Scheat Pegaſi & proximam duarum paruarum ad pectus Pegaſi; erat tamen ab hac linea parum verſus ortum & meridiem deuians ad ſpacium 10 minutorum ita vt locus Cometæ exquiſite fuerit in circulo tropico ♑; promotus eſt itaque Cometes a die 13 in 26, per dies 13, partibus quatuor cum ⅓; competit vni diei 20'.

Quod Cometa non fuerit in elementari regione, demonſtrabitur tribus modis.

I. Quia deſcripſit circulum exquiſite magnum, quod facere non potuit, ſi fuißet elementaris vt cætera meteora, quæ quaſi caſu mouentur, & ſi ſenſibilem haberet parallaxin, non poßet in tanto tempore, tam diuerſis ab horizonte diſtantijs, eundem circulum deſcribere, cuius potes adducere demonſtrationem.

Deinde etiam quia ſub hoc ipſo circulo ordinario motu progreßus eſt & proportionalis a velociori in tardiorem deſijt more cæterorum planetarum in ſuis circulis, & quia motum diurnum luna minorem, obtinuit.

Quia in tam notabili cœli loco incepit & deſijt, nempe progreßus ab vno tropicorum in alterum per quartam cœli partem, faciens in ſuo polo diſtantiam a polo mundi & æquatoris congruentem.

II. Per diſtantiam a fixis, ad quas fuit in ſua via diuerſis horis acceptus, demonſtrando vti ſcis.

III. Ex diſtantijs in diuerſis poli Altitudinibus a Thaddeo & Gemma habitis collatis cum noſtris. Potes poſtea ſubiungere Regiomontani modum & ipſius.....

Iuxta conſuetam vero viam volens Regiomontani more inquirere parallaxin, memineris accipere ea temporum interualla, quæ fere totidem habent minuta in horis, quia tunc fecerunt fere ſimilem reuolutionem rotæ in horologio, & præſertim fidendum obſeruationi, quæ facta eſt Januarij die 2 Hora 8 M. 1 S. 50 & poſtea rurſus Hora 9 M. 3 S. 20, & poßunt vtraque tempora reſtitui ex ſtellis fixis, quarum Azimuth & Altitudines ibi annotantur.

	H.	M.	Azimuth P.	Azimuth M.	Altitudo P.	Altitudo M.
Die 2 Januarij	8	$0\frac{1}{2}$	5	28	19	7
	9	2	17	45	10	50
	7	$41\frac{1}{3}$	1	23	22	15
	8	$35\frac{5}{12}$	12	20	15	3
Die 30 Nouembris	5	26	54	6	36	10
	6	24	37	53	30	32
	6	50	31	5	27	23
	7	54	16	9	19	4
	8	$58\frac{1}{2}$	3	20	10	8
Die 13 Decembris	7	1	20	36	28	56
	8	0	7	44	21	16
	9	3	5	37	12	14
Die 19 Decembris	5	47	35	36	38	38
	7	54	5	10	22	18
Die 31 Decembris	6	$31\frac{3}{4}$	14	0	31	48
	7	$36\frac{1}{2}$	0	12	22	36

Quod modus iſte Regiomontanj in tam ſubtilj examine ſit inſufficiens & reliqui modj tam ab illo quam a recentioribus excogitati hic locum non haberent, partim quod maxima ex parte Cometæ tranſitum per meridianum præſupponunt qui in hoc non apparuit, partim quod omnes illj modj præſupponant Cometæ locum immobilem, qui tamen cum in vna etiam hora ſenſibiliter moueatur & parua mutatio plurimum paralaxes variat, in talibus Cometis locum habere non poßunt.

OBSERVATIONES COMETÆ
ANNI 1580 MENSE OCTOBRI.

Anno 1580 die 10 Octobris hora 7 post meridiem animaduerti nouum quendam Cometam tenui lumine & cauda rariore ac minus apparente circa constellationem Piscis australis apparere. Videbatur autem caput ipsum tenui & albo, sed minus claro lumine, subliuidum & hebetius quam cæteræ stellæ conspicuum, eratque magnitudine Veneris sydus terræ proximum adæquans, adeo vt quasi 8 minutorum videretur, producebatur autem cauda a capite admodum subobscura & rara versus primam stellam in pectore Piscis australis, ita vt superior eius pars in illam stellam caderet, eratque longitudo caudæ fere æqualis distantiæ duarum remotiorum stellarum in Aquila lucentium.

Constellatio piscis australis



$7^{H}18^{M}$	*Obseruaui eius distantiam per Radium a Marcab Pegasi*	*15 20*	*Erat tunc 90 gradum Eclipticæ quasi per dimidiam horam prætergreßus*
7 25	*Distabat per eundem ab extrema alæ*	*21 3*	
7 45	*Distabat caput a media capitis)(, quæ est 2da*	*3 40*	

Atque eodem interuallo visa est distare illa in pectore 6ta, versus quam cauda subsidebat.

Visa autem est extremitas caudæ vergere, si in longum protraheretur, ducta ab ipso capite infra Pleiades, quasi in Martis sydus tenderet, longitudine tantum cubitali.

Cometæ Azimuta & Altitudines.

H. M. S.	Azimuth versus ortum G. M.	Altitudo G. M.
8 4 0	*21 0*	
8 10 50	*19 0*	*30 17*
8 17 40	*17 0*	*30 32*
8 29 10	*14 0*	*30 57*
8 37 5	*12 0*	*31 13*

Fuit autem Cometæ caput in ipso Meridiano 9 17 30 exacte habens altitudinem meridianam 31 47

Hæ obseruationes quoad tempora & Azimuta sunt satis bonæ, quod horologium hesterno die in meridiem antecedentem bene reuertebatur, sed in pomeridianis obseruationibus non poteram exquisite fidere, quia contraxit interea damnum.

Deinde per Sextantem obseruaui distantias.

		P. M.	
$9^{H}40^{M}$	*Distabat a Marcab Pegasi*	*15 43*	*idque non considerata parallaxi instrumenti*
9 54	*Inter Cometæ caput & extremam alæ Pegasi*	*21 53*	

11¼ fere. Inter extremam in ala 21 53
Sed inter Marcab & Cometam
paulo poſt inueni 15 30
11 35 Inter Marcab & Cometam per Sextant. 15 28
12 15 Earundem diſtantia 15 25

Hæ omnes huius lateris obſeruationes factæ ſunt per Sextantem, & parallaxis inſtrumenti nondum ſubducta eſt.

